RUDOLPHUS

MEDICUS

1699

15/x.

The Library of the
Wellcome Institute for
the History of Medicine

MEDICAL SOCIETY
OF
LONDON
DEPOSIT

Accession Number

Press Mark
RUDOLPHI, J.G.

65752/A


TURRIS FORTISSIMA DEUS
MATTHÆUS FRANCISCUS GEOFFROY
Pharmacopoeorum Pariſienſium antiquior
Præfectus, Ædilis & Conſul.
Clerc invenit
C. Duflos Sculpſit

MEDICAL SOCIETY OF LONDON
RR
e
37

IV 4

JOH. GABR. RUDOLPHI.

MEDICUS AD ÆGRI PALATUM VARIUM

IN

MATERIA MEDICA,

IMPRIMIS UNIVERSALI EVACUANTE ADAPTATUS.



LUGDUNI BATAVORUM,

Apud JORDANUM LUCHTMANS,

Anno M DC XCIX.

PERILLUSTRIBUS, GENEROSIS ET MAGNIFICIS AC IN REBUS PUBLICIS GERENDIS ET ADMINISTRANDIS SUMMA FIDELITATE ET INSIGNI DEXTERITATE EMINENTIBUS

AUGUSTO ET POTENTISSIMO PRINCIPI,

FRIDERICO III. MARCHIONI BRANDEBURGICO S.R.I. ARCHICAMERARIO ET ELECTORI

&c. &c. &c.

DOMINO MEO CLEMENTISSIMO,

A CONSILIIS SECRETIORIS STATUS INTIMIS IN ILLUSTRISSIMO REGIMINE *CLIVIENSI* ET *MARCANO*,

DOMINIS MEIS GRATIOSIS

Has in illorum Celeberrima Academia natas meorum ſtudiorum primitias publicas

Devotiſſimi obſequii cultu & ſubmiſſa veneratione, & me totum una conſecro & dedico

J. G. RUDOLPH.

PRÆFATIO.

HAbes hic L. B. materiam Medicam morbis æque, ac ægrorum linguæ appetituique vario proſpicientem. Quam mire varius enim ſit ægrorum linguæ ſenſus, ipſeque in medicamenta appetitus; ejus rei teſtimonia adſunt innumera: Sic tenera infantium, & tenuis fœmellarum quarundam textura amat dulcia & maxime inſipida temperataque; Sunt viciſſim qui dulcia averſantes, amaris delectantur & ſubacidis, quaſi linguæ fibrillæ rigidiores ipſum rigidarum particularum motum magis convenientem judicarent. Et qui labor quod, quæſo, nobis eſt opus cum hyſtericis, quarum ſpiritus valde acres & fibrillæ nerveæ tenuiſſimæ in hac magis à dulcibus, in altera à caſtoreatis, in alia ab amaris mox impetuoſe affici queunt? Nonnulli medicamenta liquida lubentes bibunt; aliqui ſolidiora eligunt & bolos, electuaria, pilulas deglutire malunt. Has igitur linguas adeo exquiſite & delicate ſentientes fallere poſſe, id eſt, quod medico practico fiduciam, ipſisque medicamentis vires veluti efficaciores addere valet. Videntur ſcilicet toti ſæpiſſime corpori, quæ linguæ, infeſta, quaſi hæc

ex

x ſapore medicamentorum vires judicare, aque toti corpori apta decernere valeret.) fiduciam ægri rem mirabilem & miranam potius, quam rimandam! Quoties nim medicamenta ſane inertia, ſed ægris ccepta, plus ſæpe juvent, quam efficacira, ſed magis nauſeoſa, id per multa exnpla recenſere velle, idem eſſet ac opeam perdere, ipſa experientia hoc ubivis loquente. Quo autem motu blando, ſed gili ſpiritus animales pro appetitu ægri hæc medicamenta grata ad efficaciores vires imellant, aut quo impetu ipſi potius ſpiritus, ccaſione alicujus medicamenti, maxime eſiderati, humores acres v. g. in febb. temerent, aut motum humorum blandum ſuitent, haſce res equidem ſcio, ſed moum ignoro. Quapropter è duobus malis, inus eſt eligendum, & aliquod dulce tegen aut ſubacidum vehiculum, ceu arguentum perſvaſorium, quandoque concetur ægris, medicamenta omnia citra haſce elicias reſpuentibus. Quid multa! Medius tam vario ægrorum appetitui expoſitus, t, ſi mavis, ſubjectus Proteus ſit, ejusque ateria medica polypi naturam induere ta ſit, ſi gratioſæ facultati medicæ addi-

ctus videri, & ægro gratus eſſe cupit.

Et hæc ſunt L. B. ſtimuli atque calcari quibus lingua judice materiam medente ingratam à magis grata diſcernere, eamq imprimis univerſalem evacuantem ægri E lato varie appoſitam reddere auſus fui.

Accipe igitur L. B. hæc ex aliorum Pr cticorum ore & animo ſincero communic ta, meaque, exigua tamen, experien comprobata, quæ omnia congeſta, nu magis digeſta, & ab aliis acta in ordine hic magis redacta, ceu tyrocinium pract cum, tyronum memoriæ, doctiorumq judicio commendo atque ſubmitto. Va & fave.

In elegantiſſimum & terſiſſimum libellum,

Quo MEDICUM AD ÆGRI PALATUM Inſtruxit

Medicus Expertiſſimus & Doctiſſimus

DN. JOHANNES GABRIEL RUDOLFI.

Ngratiſſima qnæ ferunt palato,
Dum gratiſſima præparas palato
extre Pharmaca, quas *Manus Deorum*
venit Paracelſus & Galenus,
lers Cous, Arabs & Avicenna,
onſtras Te MEDICUM, RUDOLFE, doctum,
clarum decus Artis hinc Salubris:
ox Te plurimus Æger & Medentes,
ueis hic utile dulcibus remiſces,
Fama & Charites canent merentem.
Ægris, Medicis, ſapis Tibique!

Amiciſſimo DN. Auctori, ad ornandam Artem Salubrem nato, lubens merenti, de hoc elegantis induſtriæ ſpecimine erudito, benevola dextra gratulatur

HENR. CHR. de HENNIN. D.
Artt. Salubrium & Hum. P.P.

DUm ſapis ægrotis, & pharmaca grata pai
Miſces, ingenii dexteritate Tui:
Rem præſtas gratam Medicis, Ægrisque ſalubre
Et Medicus Sapiens jure Rudolfe clues.

Nobiliſſimo & in rebus Medicis & P loſophicis Verſatiſſimo & eximiè d Dn. AUCTORI, Amico æſtimati mo, benevola mente & manu, c omnigenæ felicitatis ſincerô voto, g tulabundus ſcripſit

CLEMENS BERG, J. U.
Moral. & Polit. Profeſſor Ordinari

DUm juviſſe cupis, dum delectare medend
Indicium præſtas artis & ingenii:
Hinc Medicum gemina Te dexteritate celebre
Inde canet laudes fama Rudolphe Tuas.

Exiguum hoc honoris & amoris τ *μνήειον, Eruditiſſimo & Amiciſſ Dn. Auctori, poſuit lubens m toque.*

HENR. ab ERBERFEL
L. Sanctæ in Acad. Teutopolitana Prof. Ord.

MEDICI AD ÆGRI PALATUM

MEDICAMENTA EVACUANTIA UNIVERSALIA.

CAPUT I.

De EMETICIS.

§. 1.

EMetica antimoniata ſunt in praxi uſitatiſſima, ea imprimis quorum ſpicula tenuiſſima per cryſtallor. tartari ſubacidum additum ſunt paulò mitigata, hinc medicamentorum emeticorum tutiſſimum eſt:

Tart. emetic. qui præſcribi poteſt à gr. ſem. ad gr. jv. ſub

ſub forma pulveris cum ſale quodam fixo v. g.
abſ. centaur. min. etſ. ad gr. v. vj. ſcrup. ſem
quocum ex juſculo facile ſorberi poteſt.
Sacharum eſt gratius additamentum, doſi
pro gratia aut ad ſcrup. ſem. j. Lapides can-
crorum aut cinnabarina ad ſcrup. ſem. relli
quorum vices æque ſupplere valent. Pec
conſerv. v. g. fl. perſic. etſ. drach. ſem. addi
tam acquiris boli conſiſtentiam.

§. 2. Syrupi emetici officinales, oxyſachara &
ſapæ vomitoriæ periculoſi aliquando ſunt eventus
quia incertæ doſis, niſi à perito & ſolerti artifice
paraſi; Hinc tutius agere mihi videntur, qui ad
ſyrupum emeticum obtinendum ordinariam tartar.
emet. doſin immiſcent cuidam ſyrupo v. g. papav.
rh. citr. ad drach. ij. præſcripto.

§. 3. Menſtrua acida plus minus ſpirituoſa effi-
caciſſime ſolvunt abraduntque atomos corporum
antimoniatorum, etiamſi incomprehenſibiles.

Horum potentiſſimum eſt vinum rhen. cujus op
idem tartarus emet. ſi in forma liquida deſideratu
illico poterit ſub doſi ordinaria ſolvi, pro grati
additur ſyrupus; Qui aquam cinamom. addunt,
minus efficacem, magis jucundam multis reddun
potionem. Inter dulcia autem pro majori grati
addenda ob dulcedinem ſubacidam commend
oxymel. ſquill. cui vix cedit ſyr. citr. Qui julap
roſar. addunt, ii affundunt dulce, quod ſua con
ſiſtentia ſyrupis tenuiori potiones non adeo ſpiſſ
reddit. In ſyrup. papav. rh. reſpicitur mucilag

anodyn

anodyna colorque purpureus, non excluduntur tamen & reliqui ſyrupi doſ. ad drachm. ij.

§. 4. Quibus tamen ſyrupi officinales emetici arrident eorum doſin probe obſervent communiſſimi ſunt:

Oxuſachar. emetic. Ludov. unc. ſem. drachm. v. vj. Syr. emet. angel. Sal. unc. ſem. drach. v.

§. 5. Sic & vitr. antim. impr. vero croc. metallor. ſub nomine aquæ bened. Rul. infunduntur in vino Rh. cujus acidum omnium optime corpuſcula emetica, quanquam ſine notabili decremento abradit, abraſasque imbibit, ſuccedit vin. francon. ſequitur vin. Gallic. ſumitur & Hiſpanic.

Liquoris autem ſolventis ſeu menſtrui potiſſimam eſſe rationem habendam res eſt per ſe clara: Nam omne liquidum id ſolum intra poros retinet, quod hi capere valent.

§. 6. Sicut igitur corpora antimoniata infundenda mole ac virtute integra per aliquod tempus manent, quacunque etiam ſub mole largæ vini doſi immiſſa; Ita pariter eadem vini quantitas non magis evadit emetica, licet majorem corporis antimoniati molem impoſueris.

§. 7. Subtiliſſima tamen ramenta antimoniata ab acidis decerpi & in poris menſtrui abſcondi probant infuſiones magna copia præparatæ & aliquandiu immotæ perſiſtentes, utpote quarum ad fundum ramenta quædam conſpicua ſecedunt, infuſumque inferius faciunt potentius, quam medium aut ſummum. Idem infuſum deſtillatum ramenta

quædam antimoniata ſubtiliſſima relinquit. Sed acidum in locum abraſorum ramentorum ſucce-dens integrum pondus ſervare videtur, quod & impr. vitri antimon. ſpicula ſæpe adeò incruſtat ut denuò ſit calcinandum.

§. 8. Sed nunc ad judicium vinorum corpora antimoniata ſolventium:

Vin. rhen. eſt fortiſſimum ramentorum antimo-niatorum abradens atque diſſolvens, eò quod aci-dum ejus præ reliquis vinis ſit multo purius & li-berius, hinc ſumma doſis fere ad unc. j. ſem. ſatis ſuperque eſt efficax. Succedit franconicum pon-dere non minus quam vi ſolvendi ac decerpendi cum vino rhen. conveniens.

Vinum gallicum eſt ſaporis valde dulcis aut ſub-acidiuſculi, unde & vis emetica paulo variat: Nam vina dulcia minori ſolvendi virtute inſtructa paulo etiam languidius agunt, quod tamen in ſolis nota-tur ſubjectis fortioribus. Doſis tamen utriusque non differt ſed usque ad unc. ij. adſcendit, men-ſtrua ſane iis arridentia, quæ dulcibus aliàs dele-ctantur.

Gratiſſimum ſequitur vinum puta Hiſpanicum, vinorum equidem dulciſſimum, nihil ominus tamen ſi corpus antimoniatum indatur, infuſum exhibet in aliquibus, imprimis teneræ ſtructuræ corporibus notabiles ſæpe vomitus ciens; In aliis fit paulo emeticum, magis catharcticum, maxime in iis, quibus ob reſpirationis muſculos à pinguedine multa compreſſos eſt difficilior ſpiritus, & hinc ad ſuccu-

ſuccutiendum commovendumque ventriculum impetus languidior. Nauſeoſis igitur non minus quam debilibus ventriculis inſervit liquori ſeu menſtruo pro parandis infuſis emeticis hæcque dulcedo allicit atque allectat. Quantitas una vice ſumenda unciis duabus, cum dulce ſit, ad ſummum menſurari poteſt.

§. 9. Acida igitur ſpicula abradendis antimoniatis corpuſculis ſunt adæquata, hinc eò fortiora quo magis libera; Ea viciſſim languidiora, quo pluribus ramoſis ſeu oleoſis ſub dulcedinis commixtione implicita: Ad priorem claſſem refero acetum, unde oxyſach. emetic. ad poſteriorem muſtum, ſaparum vomitoriarum menſtruum.

Valet & aqua malecolarum emeticarum quasdam lambere, præſertim tamen per acidum cryſtall. tartari additum. Sed vina ſufficiunt, hinc præferenda.

§. 10. In infuſis emeticis ſpicula ſalina antimoniata ſunt tenuiſſima & maxime penetrantia hinc facilius activa, eo quod brevi, poſtquam aſſumta, à lympha ventriculi imbibi hocque ſub vehiculo tunicæ nerveæ inſinuari queant.

§. 11. Quæ alia proſtant ex vitr. antim. aut croc. metall. parata emetica, ea cum tartari emetic. virtute conveniunt, ſola doſi, ſæpe largiori, diſcrepant. Sed quid opus eſt pluribus, ubi pauciora ſufficiunt? Imprimis cum omnia emetica, quanquam non ſemper in ſe, nunquam tamen non ex præjudicio ſint ingrata.

§. 12. Salis vitrioli vomitorii doſis ordinaria ſumma ad drachm. j. hac mole moleſta eſt & nauſeam per aliquod tempus ſæpe relinquens, pauciſſimis placet, imò prodeſt. Sub doſi refracta mitioris eſt effectus & præcipui valoris, ubi ventriculus ab humidiorum cruditatum mole expurgatus ratione fibrarum carnearum eſt denuò roborandus. Incorporari tunc poteſt à ſyrupò, vel dilui à vino.

Mercurius vitæ totus quantus equidem eſt de vitri antimonii indole, indeque cum borrac. venet. in vitr. antimonium ſuccinei coloris fundi poteſt, non plane tamen eſto tanquam Mercurius mortis abjiciendus: Nam unum granum tartaro emetico additum efficaciter ſtimulat; Imo in ventriculis tenaci viſcido incruſtatis hic Mercurius vit. ad gr. iij. ſæpe exhaurit, quod alia emetica intactum relinquunt. Hydropicorum ſerum mitigando in catharcticum vertit.

§. 13. Opiata emeticis addita licet eorum vim parum infringant, ſæpe tamen iis in ſubjectis indicantur, in quibus vomitus ê re eſt, dolores autem fortes aut motus convulſivi timentur, qualis generis ſunt hyſtericæ & quorum ventriculorum multæ viſciditates in ſe fluidæ aliquod acidum continent, ventriculusque inſuper contextus eſt è tunicis valde tenuibus, hinc aliquo ſpirituum impetu compoſito vomendi molimina minus ſentiuntur.

§. 14. Aquea tepida v. g. potus theæ, veronic. & juſcula pinguia magis proſunt ad actum vomitorium promovendum, quatenus ſingulo vomitui

ſuper-

ſuperbibuntur, quam pro ipſo ſcopo emetico.

§. 15. Amaror in ore poſt crebras vomitiones demum deguſtatus vel terminus eſt vomendi, vel eſto auxiliantibus antemeticis.

§. 16. In hanc ſcenam non introduco minus uſitata, aut valde impetuoſa emetica, neque mihi res eſt cum oleoſis fluctuando ad nauſeam vomitumque ſtimulantibus. Saltem coronidis loco annectere libet, quæ uſitatiſſima infantium ventriculos teneros convellunt inque vomitum abripiunt.

§. 17. Tartari emetici doſis pro infantibus tenellulis non eſt adeò commode diviſibilis, hinc granum unum vel duo Mercurii dulc. aut cinnabar. antimonii vel nativ. ſecundum ætatis gradus eadem efficacia ſubſtitui valent.

Sperm. cet. ad ſcrupul. ſem. gr. xv. ſub forma pulveris aut aliquo vehiculo calido exhibitus infantes ſæpe per os purgat, quorum ventriculus eſt multa humiditate imbutus. Easdem vires, ſed majorem nauſeam tibi concipe de radice ireos florent.

Vitriol. mart. ſub larga doſi aliquando vomitum efficere, idemque opiata in quibusdam ſubjectis bilioſis agere non eſt hujus loci ſolis emeticis per ſe operantibus deſtinati. De amaris nonnunquam emeticis idem eſto judicium.

CAPUT II.

De LENITIVIS S. LAXANTIBUS.

§. 1. LAxant alvum ſeu fœces blande educunt
I. Blanda acida, nitroſa, ut:
Cryſtall. tartar. à drachm. j. ad unc. ſem. cum juſculo prunorum.
Nota, quod cryſtall. tart. inſigne etiam ſint de oppitulans; ſed ratione molis ad ſumendum moleſti, hinc ejus vis juvatur per olea arom v. g. macer. cort. aurant etſ.
Tamarindi eorumque decoct. pulp. & electua cum fol. ſenn. pruna eorumque juſculum a pulpa.
Nota, quod decoct. tamarind. aut prunor. imprimis ſumatur ad coquenda blande purgantia; Pulpæ autem & electuaria ingrediantur electuaria lenitiva magiſtralia, ad quorum ſingulam unciam additur rhabarb. cryſt. tart. à drachm. j. ol. aniſ. fœnic. aneth. gt. ij. iij.
§. 2. II. Dulcia Lenitiva, ut:
Rad. liquirit. polypod. quæ ad drach. ij. iii decoctis pro gratia & emolliendi virtute adduntur, quæ in fœces valde aridas aut auſteras diriguntur: Nam tali in caſu id genus dulcia cum purgantibus mucilaginoſis ſub forma decocti exhibita plus præſtant, quam fortiora reſinoſa.
Manna

Manna utpote valde dulcis 1. facile fermentat 2. cruditatum viſcidarum eſt ferax 3. ſub ordinaria doſi eſt nauſeoſa, hinc ſub refracta doſi aliis additur mannam ſolventibus, aut in ſtimulando expurgandoque adjuvantibus, aut dulcem nauſeoſum ſaporem emendantibus, doſis à drach. ij. ad unc. ij. iij.

Diſſolvitur autem 1. in juſculo imprimis gallinaceo, ſub quo infantibus prægnantibus, hecticis etſ. per vices exhiberi poteſt. Datur etiam cum lacte, vino.

2. In oleo amygdal. d. cujus mediante dimidio in relatione ad mannæ portionem abit in pultem ſtimulandam per reſin. jalapp. etſ. gr. j. ij. & per cochlearia infantibus porrigendam.

3. Cum cryſtall. tartar. & aquæ cujusdam deſtil. quantitate ſuffic. poteſt redigi in morſulos; Nam egregium mannæ corrigens ſunt cryſtalli tartar. unde & mann. tartar. in officinis proſtat, quæ cum vino etiam in potionem diſſolvi poteſt mediante calore; Colaturæ clarificatæ ſæpe addunt ſucc. citr. ut & ſpirit. citr. pro gratia.

Nota, quod manna, etiamſi in ol. v. g. amygd. d. diſſoluta, magis tamen ſit cum pauxillo aquæ diluenda, ubi purgans reſinoſum additur: Continet enim, ſicut alia ſacharata, ſal nitri forme in aqua magis ſolubile.

Paſſulæ maj. & minor. contuſ. ad unc. ſem. j.

cum aliis purgantibus, quodam aromate ac ſtimulo ſalino poſſunt formare decocta, vel eorum pulpa ad drachm. j. commode addi miſcetur electuariis lenitivis.

Ubi id genus dulcia ipſa ingrediuntur decocta, ibi non è re erit colaturæ ſyrupos in gratiam addere, ne dulcedo dulcedine aucta nauſeæ cumulum pariat.

Caſſiæ pulpa nauſeoſa eſt in bolis ob molem nimiam, paulo gratior in electuariis, facile tamen fermenteſcibilis, alicujus uſus in clyſteribus, de quo ſuo loco.

§. 3. Texturam ab aqua facile emolliendam, blande tamen ſalinam habent:

Fol. ſenn. quæ ad drachm. ij. unc. ſem. cum cryſtall. tart. vel ſalis cujusdam fixi & ſem. aniſi vel fœnicul. à drachm. j. ſub decocto blande acido egregium præbent lenitivum: ſæpe adduntur radices dulces.

Vel eadem ſpecies ſacculo incluſæ & cereviſiæ ordinariæ infuſæ potum laxantem per vices hauriendum præbent infantibus aut aliis cœtera purgantia renuentibus.

Sic & idem obtinebis, ubi haſce ſpecies potui theæ fervido infuderis, qui pro lubitu dulcificari poteſt per ſachar. imprimis farinac. blande quippe laxans.

Nota, quod foliorum ſennæ viſcidum incidente aromatico ac ſtimulo ſalino ſemper indigere videatur, unde & pro intentione carminativ...

tiv

tiva ſpir. carmin. Sylv. aut citr. ad drachm. j. additur; Jungunt & Elæoſachara.

§. 4. Rhabarbari amarities nauſeoſa optime occultatur in electuarii forma ſub pulpa quadam v. g. paſſul. prunor. tamarind. aut electuar. tamarind. cum fol. ſenn. cholagog. aut hydragog. Sylv. additis cryſtall. tartar. cort. cinam. & ol. aniſ. fœnicul. macer. etſ. Sub electuariis ad pulparum unc. j. communiſſime ſumitur Rhabarb. drachm. j. Electuariorum autem v. g. cholagog. aut hydragog. S. doſis ſumitur ordinaria v. g. unc. ſem. drach. vj. Nam fortius ſtimulant. Sub decocti forma doſis rhabarbari eſt ad drachm. ij.

§. 5. Mercurius dulc. alte penetrando tubulos aperit, acidum abſorbet & viſcidum attenuat. Per ſe blande laxat, hinc pilulari maſſæ lenitivæ imprimis pro ſtimulo additur ad gr. jv. vj. viij. Sic & ſalia fixa v. g. ſal tart. & ſalia vegetabilium ſ. & c. Sulphur. parata, adde & alia ſalia ſalſa compoſita v. g. arcan. duplic. tart. ſal etſ. in inteſtinis ſtructuræ valde teneræ & humorum mobilium laxandi vim facile exercent.

CAPUT

CAPUT III.

De MEDIOCRITER PURGANTIBUS RESINOSIS.

§. 1. RESinoſorum purgantium blandiſſimum jalappa maximam partem reſinoſa, partim gummea, optimum hydragogum, neque vino, neque aqua multum ſolubilis. Ejus reſina ſeu magiſterium eſt ad ſumendum gratior quam ipſa radix utpote molis magis diffuſæ, hinc pulveris jalappæ doſis refracta acuitur reſina purgante. Extractum ejus mucilaginoſum, quod poſt reſinam eductam paratur, eſt inefficax.

Succedit ſcammoneum quod æque reſinoſum paulo etiam gummeum; Nihilo minus tamen ejus reſina ab aqua ſola plane diſſolvi nequit. Reſina correcta per acidum ſulphuris ſub nomine diagrydii ſulphurati potius infringitur: In quantum enim acidi huic reſinæ additur, aut hujus moles per acidum minuitur in tantum etiam purgandi virtus perit, minime ſolum à ſordibus depuratur. Acida autem infringunt purgantia 1. quatenus cum ſalinis volatil. particulis ſe conjungendo eas reddunt craſſiores 2. reſinoſam ſubſtantiam coagulando ſalia hæc purgantia magis abſcondunt.

§. 2. Omnia autem reſinoſa purgantia quo magis ſunt ſoluta extra corpus eo intimius non ſolum uniuntur

iuntur aliis, ſed & ad ſumendum evadunt gra-
ora, in operando tutiora ac ad agendum citius
magis efficacia:

Gratiora, cum nullum aut paucum relinquant in faucibus ardorem moleſtum.

Tutiora: Nam diſſoluto tegmine reſinoſo non adeò pertinaciter adhærent glandulis ac fibris nerveis inteſtinorum, hypercatharſin ſic facile cientia.

Citius & efficacius operantur, quia poſt vincula reſinoſa magis diviſa particulæ ſalinæ purgantes nunc citius & fortius infiguntur fibris nerveis inque ipſo ſanguine viſcidum ſeri magis attenuant, unde ob ſerum fluxilius copioſior etiam eſt ſuccorum lymphaticorum in primis viis ſecretio, ex qua conſimili cauſa purgantia etiam ſæpe vim exercent diureticam.

§. 3. Hinc ſtimuli purgantium pulverum vulgo audiunt ſalia fixa vegetabilium cum ſulphur. parat. quo magis enim ſunt alkaliſata eò facilius liquent pulveres, ut & ſalia magis ſalſa ut: nitr. depur. antimoniat. arcan. duplic. tart. vitriol. Stimulant autem 1. texturam reſinoſam magis attenuando 2. ipſis ſuis rigidis particulis irritando.

§. 4. Communiſſima autem pulverum purgantium ingredientia ſunt:

Baſis. Pulv. jalapp. ad ſcrupul. j. ij. reſin. jalapp. ſcammom. diagryd. magiſter. gumm. g. gr. viij. ſcrupul.

viij. ſcrupul. ſem. rad. rhabarb. ſpec. ad turb. cum rhab. drachm. j.

Stimuli ſalini: cryſtall. tart. nitrum cryſtall. ta vitriol. etſ. omnia ſalia fixa cum ſulph parata.

Nota, quod cryſtall. tartar. blanda ſua aciditt & lenitiva vi ſe imprimis commendent.

Inter Mercurialia ad ſtimulandum excellens remedium mercurius dulc. ad gt. jv. vj.

Corrigunt 1. fecul. rad. bryon. ari ratione iſ acrimoniæ viſcidum flatulentum incidend imprimis tamen faciunt ad pulverum nit rem.

2. Olea carminat. v. g. aniſ. fœnicul. aut ca aromatica blanda v. g. macer. ad gl. j. ij.

Sæpe adduntur antimonium diaph. lapides ca crorum aut alia alkalino terrea & marti aperitiva pro ſcopo præſertim abſorbend

Nota 1. quod olea hæc blanda nauſeoſum eq dem purgantium ſaporem temperent, iſ & inſuper purgandi vim infringant, in qua tum ſunt valde aromatica, hinc, ubi eoru libet, ſumantur temperatiſſima.

2. Quod reſinoſi pulveres & ipſæ reſinæ pulv riſatæ fiant efficaciores, ipſos ſub præpar tione paulo contundendo cum nucib. p amygd. d. aut harum oleo.

§. 5. Alteram reſinas purgantes ſolventium cla ſem ſubeunt corpora quævis ſulphurea in aliq fluiditatis motu plus minus poſita; ſc. vitellus ov

aq

vin. nuc. pin. ſem. melon. amygdal. d. earumque
um. Cum enim reſinæ revera ſint olea concen-
ta, aut ad eorum naturam accedant, hinc hæc
phurea tanquam ſimilia agunt optime in ſimili,
ut proin reſinoſorum purgantium Spicula Salina
ertexta ſunt ramoſis particulis tenaciter compa-
atis; Ita neceſſariò operantur citius ac poten-
s. quo intimius poſſunt cum lympha inteſtino-
n imprimis commiſceri.

§. 6. Hinc uitelli fluidum pingue ac oleoſum eſt
tens equidem harum reſinarum cum aqua vincu-
n, quod eas probe diſſolvendo & aquæ alicui de-
llatæ uniendo in potionem vertit emulſioni ſimi-
n. ſed lentor oleoſus indelebilis multorum fau-
us nauſeam ciet, qua de re magis gratam com-
nunt emulſionem eædem reſinæ loco vitelli ovi
m mucilaginoſo oleoſis v. g. nucib. pin. aut ſem.
lon. contuſæ: Nam ad olei & aquæ naturam
cedunt, hinc cum utraque materia unibiles
tionem exhibent claritate & ſapore magis ac-
ptam. In quantum autem hæc oleoſa ad reſinas
ſolvendas faciant, id ex eo liquet, quod reſi-
rum hoc modo attenuatarum gr. viij. purgandi
po ſatis faciant. Proportio vitelli ovi deſcribi-
r per q. ſ. ſemina vero ad ſcrupul. ij. reſinis ad-
ntur. Quæ pro grato ſapore adduntur, ea poſ-
nt eſſe: Sachar. finiſſ. Elœoſachar. v. g. aniſ.
r. macer. ad drachm. j. vel julep. roſ. ad drachm.
verbo, omnia ea quæ colorem albicantem non
eò turbant.

Reſinæ

Reſinæ autem communiſſimæ ſunt: reſin. jala
ſcammon. diagryd. ſulphur. magiſter. Gum
Gott. doſ. ad gr. viij.

§. 7. Oleum amygdal. d. eſt reſinarum & ſy
porum jungendorum copula: Nam aquea eſt h
miditas in ſyrupis, quæ reſinarum unioni adh
contrariatur, qua de re ſyrupis jungendæ reſi
prius paulo teruntur cum aliquot guttulis hu
olei, quam ſyrupus affundatur.

§. 8. Sp. vin. tenuiſſimis conſtat particulis imp
mis ramoſis hinc excellens purgantium reſinoſor
menſtruum, ubi Tincturæ purgantes vel elixi
appetuntur, qualis prioris generis imprimis
Tinctur. jalapp. doſ. ſcrupul. jv. in gratiam a
duntur dulcia v. g. julep. roſ. ſyr. pap. rh. etſ.
drachm. ij. ſæpe ſpir. citr. pro gratia. Eode
modo & menſtruo ex aliis etiam reſinoſis purga
tibus parantur Eſſentiæ purgantes, imprimis ve
Elixir. propriet. rh. quod cum ſp. vin. par. ad drac
j. exhiberi poteſt, cui libet, nam in ſe eſt purga
ob rhabarbarum valde nauſeoſum, ad quod eme
dandum à quibusdam practicis cum vin. malv
paratur; Doſis eſt largior & effectus minus de
deratus.

CAPU

CAPUT IV.

De

PURGANTIBUS ME-DIOCRIBUS MAGIS GUM-MEIS SEU IN AQUA ET VINO SOLUBILIBUS.

Enna eſt texturæ in menſtruis modo dictis facile ſolubilis, parum & imprimis ratione ſtipitum re-oſa, indeque decoctorum æque ac infuſorum ſis; Sed mucilago ejus paulo tenaciter cohærens nper requirit aromatica ſemina aut ſtimulum ſa-um pro additamento. Pulv. diaſenn. eſt quoad olem nauſeoſus, indeque uſus rarioris. Extra-m poteſt à foro medico abeſſe.

Rhabarbarum acrimoniam ſuam recondit ſub quadam mucilagine ab aqua & vino facile ſolubili, cui aliqua terra eſt interpoſita h. e. gaudet amaritie terrea & viſcoſitate lenta. Anima ejus ſeu tinctur. Rolfinc. cum ſal tar-tar. & aqua cichor. par. eſt valde nauſeoſa imprimis ob doſin quæ ad unc. j. j ſem. ad-ſcendit. De Elixir. propr. jam dictum. Ex-tractum eſt inſignis uſus.

Mechoacanna eſt inſipida & mucilaginis paulo tenacis, quæ tamen extrahi valet per vinum ſtimulo ſalino acuatum.

Agaricus albus, levis, ex dulci amaricans eſſe debet, unde ob mucilaginoſam ſuam textu-

ram facile ſolubilem vina medicata comm
mode ingreditur. Idem judica de agar
trochiſc.

Rad. turbith. præter mucilaginem equidem
aliquam reſinam continet, poteſt tamen e
trahi per vinum ſtimulo ſalino munitum.

Hellebor. n. eſt magis gummeus, quam reſin
ſus, unde ejus extractum menſtruo aqu
facile paret, ipſæque fibræ vinoſo menſtr
ſuam mucilaginem purgantem concedun
Sal autem valde acre in ejus mucilagine r
conditur, unde purgans exhibet in hydr
pe imprimis aut alia pituita tenaci inciden
potens. Sem. cartham. eſt mite purgan
paulo amaricans, texturæ imprimis mucil
ginoſæ & ſic vino æque ac aqua ſolubil
Qui ejus extractum deſiderat eandem obt
nebit virtutem.

Hermodactyli ſunt farinaceum quid, prætere
que nihil.

§. 1. Quorum igitur purgantium ſalinæ part
ſub mucilaginoſo tegmine imprimis laten
eorum liquores ad extrahendum agiles;
purgandum ſatis efficaces, faucibus non a
eò moleſti eſſe poſſunt liquores acido ſpir
tuoſi, verbo, vina, quo magis acido ſpir
tuoſa, eò aptiora. Quo ipſo devenim
ad vina medicata purgantia, quorum ingr
dientia communiſſima ſunt:

1. Radices aperientes blandæ v. g. aperitiv. m

& minor. præcipue vero: rad. fœnicul. petroſel. apii aſparag. unc. ſem. j. Magis amaræ: rad. cichor. unc. ſem. j. rad. enul. gentian. ad drach. ij. iij. Inter radices dulces eminet rad. polypod. ad unc. ſem.

2. Herbæ imprimis amaræ, ut: ſumm. abſynth. centaur. min. card. bened. fumar. fol. ſcolopendr. M. ſem. j.

3. Purgantia mucilaginoſa: fol. ſenn. unc. j. j. ſem. rad. rhabarb. drach. ij. iij. Mechoacann. agaric. leviſſim. aut trochiſc. ſem. cartham. ad unc. ſem. fibr. hellebor. n. drachm. ij. iij.

4. Corrigentia: Cortic. aurantior. citr. drachm. ij. iij. ſem. aniſ. fœnicul. cardam. drachm. j. ij. ipſa aromata: Cinamom. acut. rad. galang. â drachm. j. fl. macer. drachm. ſem.

5. Stimulus, ut: cryſtall. tartar. blande quippe laxantes. Inter ſalia autem alkalia præcipuum eſt ſal tartar. Qui aliorum vegetabilium ſalia fixa ſubſtituit, eundem effectum obtinet, ſed cariori pretio conſtantem: Sic & tartar. alb. pro ſtimulo ad drachm. ij. iij. additur. tartar. vitriol. inter ſalia ſalſa eminet commixtione æquali, ſed & pretio, hinc non, niſi divitibus, præſcribi poteſt.

Jungunt ſæpe martialia nodulo cuidam incluſa v. g. limatur. chalyb. vel ramenta ſeu batituram ferri ad unc. ij. ut & croc. mart. aper. ad unc. ſem.

Quantitas ſpecierum purgantium in genere a cedit ad unc. ij. iij. ſem.; Tota vero ſpeci rum moles pro nodulo ad unc. jv. v. p vini menſura.

Vinum rhenan. eſt pro tali infuſo efficaciſſimum in gallico autem magis lenta extrahendi v notatur, unde & paulo largiorem purga tium molem, aut plus ſtimuli ſalini ſæp urget.

REGULÆ.

Aromata vinis purgantibus addita ſunt gratu purgantium nauſeoſorum corrigens, adeoque ſæp maxime neceſſaria etiamſi actum purgatorium paul infringant; Cum absque iis delicatuli vina purga tia renuant; Hinc inter duo mala minus eſt el gendum & paulo largior purgantium doſis addit ſtimulum auget.

Sal tartar. & limatura mart., utpote ambo co pora acidi ſitibunda unum eundemque no dulum purgantem non adæquate ingrediun tur. Præſtat martialibus crudis in tali ca ſubſtituere vitriol. mart. doſ. drach. ij. iij.

Quo copioſiores herbæ nodulum componunt eò largior etiam vini quantitas addenda ur getur: Nam herbæ imprimis copioſum vi num imbibunt.

Aquæ fervidiſſimæ libra j. ſpeciebus ante addi tum vinum affuſæ ad penitiorem facit pur gantium extractionem.

§. 2. Sa

§. 2. Sacharata multum gratiæ purgantibus conliant variamque conſiſtentiam, imprimis autem nt infantibus pro illecebris. Continet autem ec ſacharatorum claſſis

1. Ipſum ſacharum cujus ope ordinarius pulvis purgans in rotulas poteſt cogi vel morſulos; Proportio ejus ad morſulos eſt quadruplum, quia ſpiſſioris ſunt conſiſtentiæ, ad rotulas vero octuplum.
2. Conſervæ & ſyrupi bolos efformant ob molem exiguam aliquibus gratos, & ſic pulveres reſinoſi ipſæque reſinæ tali tegmini involvuntur, ſumendo conſervæ cujusdam v. g. fl. perſicor. ſcrupul. j. aut drachm. ſem. ad purgantis doſin ordinariam. Dum autem pro excipiente appeto, brodium vel aliquod conditum, pondus relinquitur phamacopæo determinandum.

§. 3. Qui purgantia in bolum efformanda mucigine tragacanthi incruſtant ii ipſorum vires per ntam hanc ſubſtantiam mire languidas reddunt. em agunt, quorum excipiens eſt miva cydoniom, cùm horum auſterum concentret purgans ſal ſua cruſta reſinoſa.

Nota tamen in genere, quod boli, quippe in e volutandi, maſticandi moleſteque demum deutiendi ad ſumendum non adeò ſint grati ac faes.

§. 4. Præ cæteris tamen 3. egregie occultatur uſeoſus purgantium reſinoſorum ſapor, dum Sa-

charum & amygdalæ dulc., in gratiam & conſiſten-
tiam ipſis acquirendam, junguntur: Sic enim ipſa
reſinoſa cum amygdalis d. contundendo bene ſub-
acta ſacharoque juncta l. a. coguntur in macaronas.
Eodem fere modo procedunt, qui purgantia reſi-
noſa cum pane martio in bolum modificant.

§. 5. Quartum & gratum vehiculum præbent ſy-
rupi quivis, ut & purgantes v. g. ſyr. fl. acaciar. de
cichor. cum rh. de ſpin. infector. roſ. ſolutiv. qui
reſinoſis ad drachm. ij. unc. ſem. adduntur h. e.
ſub refracta doſi: Cum enim hi ſyrupi vel etiam
ad unc. ij. exhibiti in adultis vix alvum moverent,
in infantibus vero ob molem ſachari cruditates ge-
nerarent acido viſcidas, hinc ſub minuta doſi &
conſiſtentiæ in gratiam præſcribuntur, ipſa autem
purgandi vis reſarcitur per fortius purgans impri-
mis reſinoſum, addito ſæpe mercurio dulc. Quod
vero arctiorem in unionem reſinæ prius ſint oleo
amygd. d. ſolvendæ id ex prioribus hic ſupono.

§. 6. Sequuntur Conſervæ, electuaria purgan-
tia & ſyrupi ac brodia, qua tenus ſunt electuario-
rum purgantium magiſtralium conſtitutiva v. g.

Electuar. tamarind. cum fol. ſenn. ad unc. j.
i. ſem. Cholagog. Sylv. ejusque hyatagog.
unc. ſem. drachm. vj. de citr. ſolutiv. ab
unc. ſem. ad drachm. vj. Confect. hamech
maj. à drachm. j. iij. ad unc. ſem. Pulp. caſſ.
prunor. tamarindor. unc. j. i. ſem. ij.

Purgantia reſinoſa pro ratione doſium adduntur;
conſervæ ad unc. ij. ſtimuli ſalini addendi

ſunt

ſunt: cryſt. tartar. tartar. vitriol. ſalia fixa cum ſulphur. par. In gratiam adduntur condita ad drachm. ij. iij. unc. ſem. ſyrupi q. ſ. oleaque blanda aromatica ad gt. ij. iij.

Doſis eſt ad magnitudinem caſtaneæ, uſus vero gregius, ubi lente ac per vices eſt expurgandum.

Nota, purgantia reſinoſa electuariis addenda robe prius per oleum amygdal. d. etſ. diſſolvi dere in penitiorem & magis æqnalem eorum cum eliquis miſcelam, ne in una electuarii portione b conjunctionis commixtionisque varietatem plus t, quam in altera, accedit & major purgandi efcacia. Quo plures autem ſtimuli ſalini adduntur, ò magis ingrata fiunt electuaria.

§. 7. Gummata mucilaginoſo reſinoſa purgantia jusdemque generis extracta in pilulari maſſa commode cohærent, additis ſalibus ſtimulantibus aut nercurio d. ipſisque pilulis magis ſpecificatis per xtracta alterantia & olea deſtillata.

Materialia pilularum communiſſima ſunt:

Baſis Aloe lucid. roſat. extract. Aloes rhabarb. helleb. n. etſ. panchymag. Cr. catholic. gr. xv. ſcrupul. j. Reſin. jalapp. ſcammon. diagryd. ſulphur. magiſter. Gumm. Gott.

Stimul. purg. extract. colocynth. trochiſci alhandal. gr. j. ij. Salin. ſalia fixa cum ſulphur. par. tartar. vitriol. nitr. cryſtall. antimoniat. vitriol. ad albed. calcinat. Sal volat. ſuccin. gr. vj. viij.

Mercurial. ut: mercur. dulc. gr. vj. viij.

Pro meliori conſiſtentia, ut & correctione ad-
duntur: ol. aniſ. fœnic. ſuccin. angelic. ma-
cer. gt. j. ij. iij. vel Elix. propriet. tinctur
tartar. q. ſ.

Conſperguntur pulvere lycopod. ſuccin. liquirit
in gratiam, & ubi pilulæ, imprimis ex gumm
ammoniac. liquendo facile aliàs cohærerent

§. 8. Nullæ equidem dantur pilulæ morboſam
maſſam ab hoc vel illo viſcere elective derivantes;
cum tamen aliquid ſæpe ſit ſententiæ vulgari con-
cedendum, hinc pilulæ, ut cephalicæ, magis cha-
racterizantur, ubi communi maſſæ addideris ſa
volat. ſuccin. aut ol. ſuccin. cubeb. caryoph.

Pilulas uterinas componunt ex gummatibus in-
cidentibus: Gumm. ammoniac. galban
bdell. ſagapen. opopon. aſ. fœtid. myrrh
ſcrupul. ſem. gr. xv.

Pro ſtimulo addunt: ſal vol. ſuccin. borrac. ve-
net. vitriol. mart. ad albed. calcinat. mart
c. ſulphur. par.

Specificantur magis per extract. croc. caſtor. ga-
lang. zedoar. gr. viij. ſcrupul. ſem. ol. ſabin
angelic. ſuccin.

In anti hydropicis pilulis tanquam ſpecifica com-
mendantur:

Extract. hellebor. n. ebul. colocynthid.

Gumm. ammoniac. magiſter. Gumm. Gott

R E G U L Æ.

Gumm. ammon. & mercur. d. pauca reſina pur-
gant:

nte addita, egregias componunt pilulas laxativas.

Alöetica & omnia reſinoſa purgantia nimis exccare alvum dicuntur, ſed inſontia ſunt, ſi legime diſſolvuntur à lympha ventriculi, & modo ne imia quantitas ſeri educatur: Aloes enim ſiccitas ſt copioſæ ſeri expurgationis, aut reſinarum tenaium glandulas obſtruentium effectus. Hanc taen moleſtiam utramque evitamus, actui purgaorio interponendo largum theæ hauſtum; Et cum löe imprimis de tali ſiccitate ſit ſuſpecta, hinc dditamentum ejus maxime conveniens erit merur. d. quippe qui, viſcidum fundendo, magis vert in aqueum, acidumque abſorbet, ceu duo purantium impedimenta.

Salia volatilia pilulas purgantes ingredi nequent, quin mox liqueſcant, præſertim in pilulis pluium doſium: Solum ſal vol. ſuccin. utpote blanum acidum, eſt aptum natum.

Tardius operantur pilulæ, quam alia purgantia, d tarditatem compenſat efficacia, quia primis viis iutius immanentes & ſucceſſive ſolutæ altius etiam enetrant, vehente lympha, in tunicam inteſtinoım nerveam ipſasque glandulas.

§. 9. Tempus ſumendi pilulas purgantes eſt vel nocturnum, quô citius operantur, vel matutinum, quo tardius; Vel nocturnum & matutinum, doſi pilularum tunc partita. Quidam eligunt cœnandi tempus, eo quod per ciborum fermentationem maſſa etiam pilularum citius ſolveretur agerentque ſalia pur-

gantia recluſa. Sed verò ſalia hæc ſoluta ci-
bos, antequam probe diſſolutos, irritando
ê ventriculo expellunt turbantque chylifica-
tionem. Quocirca magis adæquatum vide-
tur tempus, quo dormitum imus & chyloſ
partes à fœculentioribus ſecedere inchoa-
runt; Qui dimidium hoc tempore ſumunt
tardiores ſentiunt purgantium vires, qui ve-
ro totum, citiores.

Modus ſumendi vulgaris eſt vel cum vehiculo fri-
gido, vel cum paſſulis majoribus, aut pru-
nis exacinatis pilulas involventibus.

Pilulæ omnium facillime operantur in ſubjecti
humidioribus & ſucculentis, ſecus in cruditatibus
acidis ac auſteris: Nam reſinæ non agunt, niſi ſo-
lutæ, hinc in poſterioris generis ſubjectis potu
theæ ſuperbibitus pilularum ſolutionem coadjuvat.

In pilulis plurium doſium prima ratio erit ha-
benda, ſub quanam portione purgantia ſingulæ pi-
lularum doſi addere velis, hinc una doſi poſita re-
liquæ per regulam multiplicationis erunt faciles.
Deinde vero obſervandus eſto non ſolus pilularum
numerus ſed & ſingularum pondus, pro quibus d
addendorum erit ſtatuenda proportio. Ubi autem
plurium doſium præſcribuntur pilulæ, ibi doſis pur-
gantium ſingulorum præter propter ad duas terti-
ſufficere poteſt v. g. reſin. jalapp. ſcammon. etſ. a
gr. v. vj. Alöe, gumm. ammoniac. extract. catho
rhabarb. etſ. ad ſcrupul. ſ. quæ omnia e. g. ſub dua
bus tertiis multiplicata clarum ponent calculum

ſic in cæteris. Hocque datum eſto exemplum, n norma univerſalis, utpote qua in foro medi- utrobique caremus.

Martialia pilulas tenaciter continent, hinc vitriol. mart. ad albed. calcinat. ſubſtituiſſe præſtabit.

§. 10. Opiata ad purgantia & ſymptomata ex purntium irritatione timenda eodem modo ſe hant, quô ſe habere dicebantur ad emetica.

CAPUT V.

De PURGANTIBUS FORTISSIMIS S. DRASTICIS USITATIS.

COlocynthis ſaporis amariſſimi, texturæ eſt partim reſinoſæ tenaciſſimæ partim mucilagineæ aqua ſolubilis accedente imprimis ſale tartar. inc præſtat & prodeſt magis extraxiſſe partem ma- gummeam, quam tenacem reſinoſam, ejusque rrigens adæquatum eſto diſſolvens, non oleum, t mucilago inviſcans. Quare inepti mihi viden- trochiſci alhandal, tutius eſt extract. colocynt- d. cum aqua per ſal tartar. acuata paratum.

Omnia vero tormina exſurgunt à ſalibus acris, per reſinoſam cruſtam non adeò diſſolutam, ris nerveis tenaciter adhærentibus. In ſubſtantia

additur

additur clyſteribus pro ſtimulo, ſed in petia ligant. Sub formâ pulveris ingreditur pulveres anthelmintticos. Oleum ejus unguenta ingreditur purgantia ac in partu difficili ſtimulantia.

Elaterium, cucumeris aſinini ſuccus inſpiſſatus ſaporis acris, amaricantis, nauſeoſi & texturæ maxime viſcoſæ ſal continet enormiter acre, hincque pituitam tenacem potenter incidens, cujus ergo extractum elaterii imprimis in uſu eſt.

Gumm. Gott. textura gaudet gummea ac reſinoſa ſal valde acre comprehendente, quod valde eſt efficax ac egregium ſane ad ſerum copioſe educendum incidendamque pituitam tenacem. Magiſterium ejus quo magis eſt more aliarum reſinaum purgantium ſolutum eo citius etiam agit, imprimis tamen eſt pilularum ingrediens.

Helleborus nig. eſt magis gummeus, quam reſinoſus valde tamen acris. Extractum ejus in hydrope imprimis commendatur.

Eſula habet ſuccum valde acrem, draſticum hinc è medicina proſcribendum.

Draſtica alia inuſitata v. g. helleb. alb. euphorb. Ricin. americ. etſ. ceu foveas ſicco pede prætereo.

§. 1. Inter fortiſſima autem hæc purgantia imprimis uſitata ſunt: Succus ebuli, Ireos noſtrat. ad unc. ſem. Extract. elater. gr. v. vij. colocynth. & ipſi trochiſc. alhandal gr. j. ij. magiſter.

magiſter. Gumm. gott. gr. viij. ſcrupul. ſ.

Reſinoſa hæc piluiarum maſſas omnium optime ingredi res eſt, me etiam ſilente, nota.

Succ. Ir. noſtr. vel ebuli in ſpecie exhibent potiones, quæ ſyrupi alicujus drachm. j. ij, dulcificantur, ſæpe per aquam aliquam deſtill. magis diluuntur.

R E G U L A.

Purgantia fortia per ſuum ſal acre ſub tegmine ...aci fibris inteſtinalibus tenaciſſime adhærens & ...ntinuo vellicans ſæpe hypercatharſin, aliqundo ...eſmum excitare valent, hinc ea imprimis ſub...ta ferunt ipſorum uſum, quorum inteſtina mul...ſero ſcatent huic reſinæ acri ſolvendæ adæquato, ...lo & viſciditatem inteſtina potenter obſtruentem ...e eſſe in culpa.

CAPUT VI.

De

...ENITIVIS ET PURGANTIBUS EXTERNIS.

...SUboleoſa ac oleoſa abdomini inuncta faciunt ad fœces magis emolliendas & blande ...ducendas, qualia ſunt: Ungu. alth. ſimpl. ac ...npoſ. anodyn. popul. olea cocta impr. lin. lil. ...r. verbaſc. etſ. ut & ipſæ pinguedines.

§. 2. For-

§. 2. Fortius autem ab extra & eodem modo ii
uncta ſtimulant:

Unguent. de arthanit. unc. ſem. j. fel taur. ii
ſpiſſat. drachm. ſem. j. ol. colocynt. ſcru
ij. drachm. j. faciunt ad ſtimulandum oll
amara cocta & deſtill. v. g. ol. tanacet. co
& deſtill. abſynth. coct. & deſtill. imprim
addenda ubi vermes ſunt expellendi.

R E G U L Æ.

Unguenta purgantia ſunt ambigui effectus fo
tioris ſc. aut nullius. Hinc 1. proſunt, ubi alv
pertinaciſſima per externa æque ac interna eſt ſo
licitanda. 2. Ubi neceſſitas ipſa hoc urget in i
fantibus purgantium uſum internum renuentibus

Unguent. de arthanit. poteſt eſſe inſtar omniu
purgantium topicorum.

Ejusmodi acria facile poſſunt cutem teneram ve
tris rodere in puſtulas, hinc infantibus ea inung
mus manu parca; In fœminis autem nitidis ac t
neris vix locum habent, niſi jubente ſumma n
ceſſitate.

CAPUT VII.

De
SUDORIFERIS AC
DIAPHORETICIS.

§. 1. MEdicamenta ſudorifera ſunt, quæ viſc
dum aut acido viſcidum ſerum incraſſa

mag

gis dividendo fluxilius reddunt, ut cum ſero te-
lege circuli per poros glandularum ſubcutane-
n copioſius ſecernatur.

.2. Differunt autem ſudorifera ac diaphoreti-
ut ſudor ac tranſpiratio inſenſibilis.

.3. Omnia ſudorifera vere talia ſunt vel ſalina,
acria aromatica ac amara h. e. plus minus ſalina
tilia ac oleoſa. Quo liberiores igitur ac copio-
es hæ rigidæ particulæ inſunt cuidam medica-
nto, eò etiam efficacius hoc operatur, & contra.

.4. Quæcunque igitur pollent principio ſalino
tili aut fixo, ea ſudorem maxime extorquent,
autem ſunt

. Spiritus urinoſi, ut: ſpir. ſal. ammon. cran. human. C. C. ebor. fuligin. drachm. ſem. Inter ſalia volatilia oleoſa eminent ſpir. ſal. ammon. aromatis. C. C. aromat. gt. xv. drachm. ſem.
Salia volatil. C. C. urin. ebor. viperar. cran. human. ſcrupul. ſem.

. Alkal. fix. ſicca ex omnibus vegetabilib. incinerat. absque ſulphur. parata ad drachm. ſem. ſcrupul. ij. liquida: ol. tartar. p. d. liqu. nitr. fix. drachm. ſem. j. Tinctur. tartar. ſimpl. & antimon. ad drachm. ſem.

Salia ſalſa ſicca: arcan. duplic. nitr. depur. antimoniat. tartar. vitriol. ut & omnia vegetabilium ſalia cum ſulphur. parata. drachm. ſem. j. volatilia: flor. ſal. ammon. ſimpl. ac martial. gr. xv. ſcrupul. j. ſalia humida: Li-

quor

quor ſeu ſpir. C. C. ſuccinat. drachm. ſe

§. 5. Acria aromatica, ut & amara potenter ſu- dorem extorquent, quæ abhinc inſimul vocantur alexipharmaca, ut & bezoardica, eo quod acidum ſanguinis per ſuum ſal oleoſ. volat. mitigent atq; expellant, præcipua vero ſunt:

Rad. angelic. contrajerv. valerian. Imperato- carlin. gentian. Zedoar. verbo, omnes ra- dices acres, aromaticæ ac amaræ. Herb. ſſ fol. rut. ſcord. fumar. ſummitat. centau- min. etſ. Lign. & cort. guajac. lign. ſaſſaf ſantala trium generum. Inter gummata acr eminet myrrha.

Peculiare unctuoſum ac pingue ſale volatili te- nuiſſimo refertum eſt camphora hinc reme- dium æque efficaciter ſudoriferum.

§. 6. Ex his ut & aliis additis imprimis parantur

Tincturæ bezoardicæ ſ. & c. camphor. doſ ac drachm. j. Acetorum alexiph. ac bezo- ard. doſ. intern. à drachm. j. ad unc. ſem Theriac. androm. drachm. ſem. j. ejusque Eſſ. & Spirit. c. & ſ. camph. â drachm. ſem Extract. theriac. gr. xv. drachm. j.

Eſſent. lign. ſaſſafr. drachm. j. guajac. ligno- drachm. ſem. fumar. ad drachm. j.

§. 7. Aqua fl. ſambuc. card. bened. fumar. ze- doar. lignor. theriacal. ad uncias. Aquæ apople- ctic. & epileptic ad unc. ſem. ſpir. angelic. fuma- centaur. min. drachm. j. ol. angelic. rut. ſuccin camphor. ad gt. ij. iij. Rob. juniper. ebul. unc. ſem.

REGU

REGULÆ MIXTIONIS.

Salia volatilia 1. cum aqua deſtillatis & ſyrupis rediguntur in potiones & mixturas.

2. Cum æquali portione theriacæ cœleſt. aut alius cujusdam extracti formantur in pilulas, non tamen adeo diuturnas, at alicujus uſus, quod ſi ſalia volatilia ægrorum nares ſub alia forma facile ferirent.

3. Sub refracta doſi cum alkalino terreis conſtituunt pulveres.

Spiritus urinoſi ut & ſalia volatilia oleoſa cum aquis & ſyrupis æque in potiones ac mixturas abeunt.

Omnia ſalina volatilia in operando fiunt blandiora:

1. Per addita alkalino terrea aut ſalia fixa.

2. Per acida blanda ac ſpirituoſa: ut ſpir. acet. deſtill. drachm. j. ij. mixtur. ſimpl. ſcrupul. j. aceta bezoard. drachm. j. ſpir. nitr. vel ſal d.

Spir. ſalini volatiles quo magis ſunt oleoſi, eo magis empyreumatici nauſeoſi ſaporis deprehenduntur, quales ſunt: ſpir. C. C. Ebor. cran. human. hinc temperandi vel per acida enumerata, vel per ſpir. ardentes ſaporis grati v. g. ſpir. lil. convall. angelic. meliſſ. roſar. ceraſor. nigr. ad drachm. j. ij.

um ſuſcepti, unde, ſicut croci, pro ratione men-
rui acidi fortis, auſteri, vel acidi magis blandi &
irituoſi ſunt obſtruentes & aperientes.

Adſtringentes fiunt, quando liquor ſolvens eſt
idum auſterum v. g. ſucc. cydonior. acet. acerr.
inctura martis adſtringens quoque eſt Tinctur.
lphur. vitriol. Nam caput mort. vitriol. è quo
r ſpirit. vin. extrahitur, terra eſt martialis à de-
llatione relicta; Idemque judica de ea Tinctura,
æ ex croc. mart. per reverberationem facto pa-
tur.

Aperitivæ tincturæ fiunt, quando limaturæ aut
oc. mart. affunditur acetum blandius v. g. ſucc.
mor. vinoſi ſaporis. ſpirit. lign. quercin. ſpirit.
nis &c. medianteque calore blando ſic mars in
btil. croc. mart. cum cryſtall. tartar. in aqua co-
endo penitus ſolvunt & aqua abſtracta dein af-
ndunt ſpirit. vin. & reponunt in arena calida,
que ſpirit. vin. ſit ſubtiliſſimo croco ſatisque ſu-
rque impregnatus.

Tincturam aliam paravit Zwelff. è vitriol. mart.
ando ſal eſſentiale tartari miſcuit cum vitrioli
artis dimidio ſuper ignem, è qua miſtura dein
r ſpirit. vin. paravit in arena calida hanc vitrioli
artis ſ. aperitivam tincturam.

inamomi præparata primaria ſunt.

Aqua

Aqua cinamom. cordial.

℞. Aqu. borragin. bugloſſ. roſar. violar. a. lib. j cinamom acut. unc. iij. poſt triduanam infuſionem deſtillentur.

Aqua cinamom. cydoniat.

℞. Succ. cydon. recent. expreſſ. lib. iij. cinamom unc. iij. poſt infuſionem deſtill.

Aqua cinamom. ſ. & c. vino ſunt res per ſe claræ Idemque judica de Tinctur. cinamom.

Confectio de cinamom. reg.

℞. Succolad. Ind. unc. iij. nuc. moſch. cond. unc ii. ſem. ſyr. cinamom. q. ſ. M. ad formam electuarii adde confectiou. alkerm. compl unc. j. Eſſent. ambr. ſicc. ol. cinamom. aa drachm. ij. fol. aur. no. xxx.

Syrup. de cinamom.

℞. Cinamom. opt. v. g. unc. ij. aqu. alicujus deſtillat. v. g. borragin. lib. j. ſtent infuſa in loco calida usque donec aqua affuſa ſit cinamom. ſatis impraegnata, huic tincturæ bene colatæ adde ſachar. lib. ij. & f. l. a. ſyrupus.

Clyſſi ſunt ſpiritus minerales compoſiti per retortam tubulatam ignis impetu expulſi pro exemplo ſit

Clyſſus antimon. ſulphur.

℞. Antimon. nitr. ſulphur. aa. injice materiam probe mixtam per vices in retortam tubulatam candentem, ut materia ſimul ac injecta deflagret. Vas recipiens ſit amplum & aqua aliqua parte repletum, tubulusque per quem materia injicitur ſingulis vicibus probe tegatur

tum

tur. Quoties a. nebulæ, ex materia incenſa per vas recipiens diſperſæ, ſunt diſſipatæ, toties materiæ portio injiciatur, usque omni deflagrata. Spiritus a. mineralis compoſitus ab aqua in vaſe recipiente immixta rectificando depuratur.

citro parantur:

Electuar. de citr. ſolutiv.

Cort. citr. condit. conſerv. borrag. bugloſſ. violar. a. drachm. v. ſpec. diatragacanth. fr. diagryd. a. unc. ſem. rad. turbith. gummoſ. drachm. vj. ſachar. alb. in aqu. cordial. ſol. lib. j. ſi mavis, julep. roſ. aut ſyrup. cujusd. q. ſ. pro conſiſtentia.

Elixir citri.

Cort. citr. lib. ſem. ſpir. vin. lib. vj. adde ſachar. in aqu. roſ. ſol. unc. xij. moſch. gr. ij. aqu. commun. ſ. borragin. aut bugloſſ. lib. ij. M.

Syr. acetoſit. citr.

Succ. citr. colat. lib. vj. ſachar. alb. lib. iij. l. a. bulliendo F. ſyrupus.

Eſſent. citr. ſicc.

Sachar. alb. l. cand. pulver. lib. j. & ſupra ignem in patella c. ſucco, ex citri corticibus intimis expreſſo, nonnihil diſſolvatur, ac ſi rotulæ confici deberent, cui demum refrigerato & exſiccato ſach. adde ol. citr. dtachm. iij.

Spiritus vini citratus fit è cortic. citr. cum ſpir. a. deſtillatis.

Aqua è typh. Cerv. citrat. paratur, ſi ſub ipſa

deſtillatione aquæ è typh. cerv. cortices & ſem
citr. adduntur.

Conſervæ fiunt è floribus, foliis, ſummitat
aut medulla conquaſſatis & inter quaſſandum ſa
conſperſis. Proportio ſachari ad humidiora v
getabilia eſt duplum, ad ſicciora triplum.

In corralliorum præparatis ſola Tinctura eſt
tendenda, inque hujus confectione liquoris co
lia ſolventis aut corrodentis ratio habeatur.

Solvuntur v. corallia à quovis acido, quod bl
dum vegetabile eſſe debet, ut: acet. vin. ſucc. b
der. citr. limon. ſpirit. panis, mellis, aut lign. qu

Coralliis rubris igitur à quodam horum liq
rum acidorum in calcem ſubtiliſſ. redactis poſt a
ſtractum acidum, affunditur ſpirit. vin. qui coralli
ſubtiliſſimo polline impraegnatus nominatur T
ctur. corall. quæ hunc in modum parata multo m
gis tamen eſt efficax, etiamſi calce corall. quæ
acido menſtrui maximam partem ſaturatur, impr
gnata, quam ſi corallia per ol. aniſ. affuſum & a
xiliante calore digeſtivo ſolvere ſtudent.

Reliqua præparata aut ſunt nota, aut fruſtran
Ex cornu cerv.

1. C. C. uſt. id quod contingit in fornace figulir
ubi comburenda cornua, donec per nig
dinem albida ſint facta.
2. C. C. ſ. ign. ſ. vaporoſe calcinatum h. e. co
nua ſuſpenduntur ponunturve in capite
vel parte ſuperiori veſicæ, dum aqua ali
ſimpl. & inſipida deſtillatur aut m. veſica a

(C

qua aquæ impletur portione, quæ deinde ab igne ſubtus accenſo ſub ſpecie vaporis cornua penetrans ipſa reddit friabilia.

Gelatina, quæ ex cornuum raſpatura in aqua cocta, calide percolando & coagulando elicitur: In gratiam addunt ſacharum, ut & ſæpe acidum blandum v. g. ſucci citri paucum adſpergunt, qui ipſam diutius ſervare ſtudent.

Spirit. & ſal volatil. expelluntur è cornuum fruſtis igne nudo per retortam loricatam. ſpiritus a. ſalinus volat. depuratur rectificando ſ. deſtillationem ejus per cucurbitam vitream ex furno arenæ repetendo. Sal volatile ſublimando liberatur ab oleoſis particulis, quæ vel uniuntur adſperſo ſpiritui vini, vel detinentur ab addito C. C. uſt.

Aqu. è typh. Cerv. ℞do cornua cervi novella ſanguine adhuc ſucculenta, quæ in fruſtum conciſa deſtill. vel per ſe vel c. pauco vin. generoſ. donec omnis liquor deſtillarit.

Spirit. C. C. ſuccin. paratur ℞do ſpirit. C. C. v. g. unc. j. ſal. vol. C. C. ſuccin. a. drachm. j. digerantur per aliquos dies in arena calida, ut cuncta eò intimius uniantur. Spiritus a. magis temperatus & clarus paratur, ſi digeritur circulaturquè cum ſpiritu vini, digeſtusque per retortam vitream igne blando pellitur.

Liquor C. C. ſuccin. qui fit ex ſal. vol. C. C. ac

ſuccin. ſub aqua per efferveſcentiam conjunctis. Hoc ſal coagulatum & exſiccatum deinde ſolvitur in aqu. ceraſor. nigr.

Elaterii extractum paratur per ſpirit. vin. ex depurato ejus ſucco.

Electuariorum alterantium primaria ſunt:

Philonium Meſ.

℞. Piper. alb. ſem. hyoſcyam. alb. a. unc. iij. ſem. op. theb. drachm. x. croc. drachm. v. ſpic. indic. pyrethr. caſtor. a. drachm. j. mellis deſpumati quadruplum.

Philonium Roman.

℞. Piper. alb. drachm. v. op. drachm. ij. ſem. caſſ. lign. drachm. j. ſem. ſem. hyoſcyam. alb. drachm. v. op. drachm. j. petroſelin. fœnicul. dauc. cret. a. ſcrupul. ij. croc. ſcrupul. j. ſpic. ind. rad. pyrethr. zedoar. a. drachm. ſem. cinnamom. drachm. j. ſem. euphorb. myrrh. caſtor. a. drachm. j. mell. opt. unc. viij.

Requies Nicol.

℞. Roſar. r. violar. a. unc. iij. op. thebaic. ſem. hyoſcyam. papav. alb. ſcariol. lactuc. portul. lac. pſyll. cort. rad. mandragor. nuc. moſch. cinamom. zingiber. a. drachm. i. ſem. ſantal. alb. rubr. ſpod. tragacanth. a. ſcrupul. ij. ſacchar. unc. x. cum aqua roſar. modica.

Electuariorum lenitivorum claſſi generali imp... annumeranda venit.

Confectio Hamech.

℞. Fol. ſenn. mund. rad. polypod. rhabarbar. elect.

agaric.

agaric. alb. pulp. colocynth. in nodul. ligat. fl. violar. herb. epithym. a. unc. ij. abſynth. vulgar. thym. a. unc. j. ſem. aniſ. fœnicul. roſar. r. a. unc. ſem. infunde & coqu. ſ. a. in ſ. q. ſeri lactis: Colaturæ expreſſæ add. ſucc. fumar. depur. ſachar. a. lib. i. ſem. decoctis ad mellis conſiſtentiam & percolatis adde pulp. caſſ. prunor. tamarindor. mann. calabr. a. unc. i. ſem. in debitam conſiſtentiam redactis inſperge fol. ſenn.

Electuar. Cholagog. Sylv.

℞. Crem. tart. diagryd. a. unc. ij. rhabarb. drachm. x. cinam. acut. unc. ſem. lign. ſantal. citr. drachm. ij. ſachar. clarific. unc. xvj. M.

Electuar. Hydragog. Sylv.

℞. Baccar. juniper. in aqu. coctar. expreſſ. & ad pulp. conſiſtentiam redactar. pulp. tamarind. a. unc. jv. rad. jalapp. unc. i. ſem. ſcammon. elect. unc. j. cinamom. acut. ſem. fœnicul. a. drachm. ij. ſachar. clarificat. unc. x. M.

Elixir Proprietat. Paracelſ.

℞. Myrrh. Aloes a. v. g. unc. j. croc. drachm. iij. ſpirit. vin. rectif. unc. viij. ſtent in digeſtione per aliquos dies, poſtea affunde ſpirit. ſulphur. per campan. & repone ad digerendum demum filtra.

Sunt qui ſpecies pro hoc Elixir. ſpiritu ſulphur. irrorant in penitiorem, ut putant, ſolutionem, ſed fallunt & falluntur, cum reſinoſa myrrhæ & aloes ſubſtantia abhinc potius concentretur, qua-

propter ſpiritus ſulphur. ſi addendus eſt, omnium optime circa finem digeſtionis h. e. poſt harum reſinarum ſolutionem, affundatur; Sicut idem contingit in præparatione Elixirii vitriol. M. cui ſpir. vitriol. eſt affundendus.

Penitius ſolvitur myrrha ab alkali aliquo v. gr. ab affuſo oleo tartar. p. d. vel liquore nitr. fix. auxiliante calore blando, poſt abſtractam humiditatem addunt reliquas ſpecies ipſumque ſpirit. vin. rectificat. aut m. ipſas ſpecies mox probe mixtas bene conterunt cum ſale tartari, ipſasque poſt affuſum ſpirit. vin. permittunt aliquot dierum calori arenæ blando, quale Elixir propriet. ſine acido paratum vocatur polychreſtum.

Alii ſpiritui vini ſubſtituunt cochleariæ ſpiritum adduntque ſpirit. ſal. ammoniac. quod compoſitum Elixir proprietat. antiſcorbutic. cognominatur. Quidam ſpiritum juniperin. eligunt. Si autem ſpeciebus modo dictis rhabarbar. adjicitur, Elixirium hoc vocatur rhabarbarinum.

Elix. Vit. Matthiol.

℞. Cinamom. acut. unc. iij. zingiber. unc. ſem. ſantal. citr. unc. iij. zedoar. drachm. vj. caryophyll. galang. nuc. moſch. mac. cubebar. cardamom. a. unc. ſem. piper. long. nigr. a. drachm. ij. ſem. coriandr. unc. j. aniſ. fœnical. paſtinac. a. drachm. vj. ap. drachm ij. rad. angelic. caryophyllat. calam. arom. valerian. min. a. unc. ſem. pyrethr. aſar. a. drachm. j. fol. ſclareæ, thym. baſilic. calaminth. puleg. ſerpill.

ſerpill. menth. majoran. a. drachm. vj. fl. roſar. rec. contuſ. & ſale contuſ. unc. iij. ſalv. betonic. anth. ſtœchad. borragin. bugloſſ. a. recent. drachm. ij. cort. citr. rec. unc. ij. Inciſa & contuſa craſſiuſcule infundantur in ſpirit. vin. rectif. lib. xij. ſtentque in loco tepido per aliquos dies, poſtea deſtillentur in furno arenæ ſub ipſa a. deſtillatione capitello imponantur: lign. Aloes drachm. ij. croc. drachm. j. moſch. ambr. a. drachm. ſem. ſpiritui prolecto adde julep. roſar. lib. j.

Elix. Vitriol. Mynſ.

℞. Galang. unc. i. ſem. calam. arom. unc. j. menth. criſp. ſalv. acut. a. M. ſem. cinamom. caryophyll. zingiber. alb. a. drachm. iij. nuc. moſch. cubebar. a. drachm. ij. lign. aloes ponder. cort. citr. a. drachm. j. ſpirit. vin. q. ſ. ſtent in calore blando, poſtea adde ſpirit. vitriol. aut ſulphur. quartam ad ſpirit. vin. partem & redde calori digeſtivo pro intimiori unione.

Elix. uterin. Croll.

℞. Caſtor. lib. ſem. croc. unc. ij. ſpirit. vin. rectif. lib. ij. ſtent in digeſtione per aliquos dies, bene digeſtum filtra & adde ol. aniſ. angelic. ſuccin. a. drachm. ij. extract. artemiſ. unc. ſem. ſal. vol. ſuccin. drachm. iij. l. a. mixta per calorem blandum magis uniantur.

Extracta vegetabilium ſunt ſucci inſpiſſati, adeoque ad ipſorum confectionem impr. pertinet, ut ſucci, è quibus parandi, non ſolum per ſubſi-

dentiam d. & per filtrationem probe depurentur.

Extractorum reſinoſorum menſtruum eſt ſpirit. vin. qui ſubſtantia ſpecierum infuſarum reſinoſ impraegnatus filtrando & ſæpe cum forti expreſſion colando à fæculentiori parte ſeparatur: Spiritus a diſſolutam reſinam tenens deinde facili negotio abſtrahitur.

Extract. Catholic.

℞. Colocynthid. drachm. vj. agaric. optim. diagryd. hellebor. n. a. unc. ſem. aloës electi unc. j. infundantur in ſpirit. vin. q. ſ. & digerantur per aliquod tempus, deinde cum forti expreſſione colentur, poſtea ſpir. vin. l. a. abſtrahatur.

Extract. diacartham. ſ. cnicopharmacum.

℞. Medull. ſem. cartham. unc. jv. turbith. alb. foliorum ſenn. a. unc. i. ſem. diagryd. drachm. vj. rhabarbar. unc. j. agaric. leviſſ. drachm. vj. myrobolanor. chebulor. unc. iij. polypodii unc. ij. zingiber. alb. drachm. ij. ſpir. vin. q. ſ. f. l. a. extractum.

Extract. panchymagog. Croll.

℞. Pulp. colocynth. drachm. vj. agaric. leviſſ. ſcammon. elect. a. unc. ſem. hellebor. n. aloes ſuccotrin. a. unc. j. ſpirit. vin. q. ſ. F. l. a. extractum.

Aliud Extract. Panchymag.

℞. Rhabarb. elect. colocynth. helleb. n. rad. jalapp. fol. ſenn. ſcammon. a. drachm. j. aloes ſuccotr. gumm. ammon. a. unc. ſem. ſal. abſynth.

ſynth. drachm. vj. ſem. ſambuc. contuſ. unc. iij. ſpirit. vin. q. ſ. F. l. a. Extractum.

Fœculæ radic. v. g. ari, parantur è radicibus lotis l. raſis & in mortario optime conquaſſatis, aquam ſubinde affundendo, ut fiat pulpa liquidiuſcula, hanc fortiter exprime, & quod expreſſum eſt repone, ut ſubſideat pulvis ſubtiliſſimus albicans ſ. ipſæ fœculæ, quæ exſiccandæ.

Julep. Roſar.

℞. Sachar. in aqu. commun. ſolut. lib. ij. coqu. ad conſiſtentiam tabulati & illico ſuper ignem affunde aquæ roſar. fragrant. lib. j. bulliant adhuc ſemel. Eundemque in modum m. paratur julepus violarum.

Ferrum v. chalybs.

Gumm. Ammoniac.

Abhinc paratur per ſpir. vin. Eſſentia. imprimis vero celebres ſunt inde denominatæ.

Pilul. de ammoniac. Quercetan.

℞. Aloes depurat. unc. jv. gumm. ammoniac. in acet. ſquill. ſolut. myrrh. a. unc. ſem. maſtich. drachm. ſem. croc. ſcrupul. ij. ſal. abſynth. ſcrupul. jv. F. l. a. pilul.

Spiritus m. aſthmaticus ex eo paratur ſequ. in modum.

℞. Gumm. ammon. probe exſiccat. unc. j. virid. æris unc. iij. ſulphur. unc. i. ſem. groſſ. mod. contuſ. deſtillentur per retortam loricatam igne gradatim adhibito. Spiritus expulſus deinde rectificatur. Poteſt. m. dulcificari per ſpirit. vin. rectificat.

Hya-

Hyacinthi præparatum primarium eſt.

Species de Hyacinth.

℞. Hyacinth. præpar. corall. r. bol. armen. terr sigill. a. drachm. i. ſem. granor. cherm. rad tormentill. dictamn. alb. ſem. citr. muni acetoſ. portulac. croc. myrrh. roſar. r. ſanta lor. omn. off. de cord. cerv. corn. cerv. uſ raſur. ebor. a. ſcrupul. jv. fol. aur. no. x. acc dunt & ambr. moſch. a. ſcrupul. j. Hæ ſpe cies in electuarium molle abeunt per ſyru de limon. q. ſ. ſub nomine confectionis d hyacinth.

Ex Junipero impr. notari meretur.

Malvaticum ſ. Elix. Juniper.

℞. Rob. juniper. ſatis ſpiſſ. qt. pl. affunde ſpir juniper. impr. per cohobation. fact. q. ſ. ſte infuſa per aliquos dies, quod a. filtratur i debet habere conſiſtentiam ad inſtar Elix cujusdam.

Lign. guajaci præparata ſunt per ſe nota; Sic & quæ è lign. ſaſſafr. & ſantalo trium generum p rantur; Solam igitur hic addam.

Eſſent. lignor.

℞. Lign. ſaſſafr. guajac. rad. chin. ſarſaparill. lig ſantal. r. a. qt. pl. irroratis ſpirit. ſal. ammo pauxillo affunde ſpirit. fumar. q. ſ. ſtent i calore arenæ blando, poſtea filtrentur.

Lohoch de pulmon. vulp.

℞. Rad. liquirit. Jr. florent. a. drachm. vj. Her capill. vener. pulmonar. macul. a. M. ij. coc

li.

l. a. ℞. Huj. decoct. bene colat. & clarificat. ſachar. alb. a. lib. ij. quibus ad conſiſtentiam ſyrupi coctis add. pulv. pulmon. vulp. exſiccat. unc. i. ſem. rad. Ireos florent. unc. j. ſem. aniſ. fœnicul. a. unc. ſem. M.

Lohoch ſan. & expert.

℞. Rad. Ir. flor. unc. j. liquirit. raſ. tuſſilagin. a. unc. ſem. Herb. hyſſop. millefol. heder. terr. pulmonar. macul. tuſſilagin. veronic. a. recent. M. ij. paſſul. maj. dactylor. ficuum a. unc. i. ſem. jujubar. no. xx. F. l. a. decoct. ℞. huj. decoct. bene colat. & clarificat. ſachar. alb. a. lib. ij. F. l. a. ſyrupus cui inſperge pulv. liquirit. raſ. unc. ſem. Ir. florent. drachm. vj. amyl. albiſſ. unc. j. Elæoſachar. aniſ. fænicul. a. drachm. vj. cinam. drachm. ij. adde pincar. mund. unc. ij. amygdal. d. decortic. unc. j. ſem. melon. cucumer. a. excortic. unc. ſem. quæ in paſtam tenuem probe contuſa reliquæ maſſæ demum addantur.

MARS V. CHALYBS.

MERCURIUS.

Præcipitatur, quatenus per acidum corroſiv. v. g. u. fort. ſpirit. nitr. &c. affuſ. prius corroditur ſ. lcinatur, & dein per aquam ſalſam præcipitatur, ratisque ablutionibus edulcoratur; Sicut a. per rit. ſulphur. ſolutus nominatur turbith mineral. r ſpirit. nitr. arcan. corallin. Ita m. pro ratione liquo-

liquorum præcipitantium color ejus variegatu
Sic n. per urinam hominis inſtillatam fit incarna
tus, per ol. tartar. p. d. flavus. Adde quod Mer
curius præcipit. alb. commun. ſ. per aqu. fort. ſic
lutus igne fortiſſimo adhibito in rubrum vertatu
colorem.

Mercurius v. ſublimatus fit dulcis, quod ſi tan
tum mercurii vivi ipſi exacte, & ut ne conſpi
queat in mortario vitreo aut lapideo admiſcetu
quantum poteſt. Hæc maſſa ſublimatur ſub ign
prius lento, poſtea per aliquot horas forti in vitr
ſaltem obturato & in arenam poſito; Laborq
hic ter aut quater repetitur, usque ſc. hoc corp
mercuriale fiat inſipidum.

NITRUM.

Cryſtalliſatum, quando ſimpliciter præſcribitu
tunc denotat nitrum ſola ſolutione & cryſtalliſat
one citra calcinationem purificatum.

Lapis prunell. ſ. nitr. tabulat. fit ℞do nitr. p
riſſ. q. v. fundatur in crucibulo, ſuperinjice aliq
ſulphuris puri quod ubi deflagravit, hunc labore
repete, donec ſal nitr. ſit probe purificatum, tu
effunde quo modo libet.

Nitrum vitriolat. ſ. arcan. duplicat. paratur ℞
vitriol. & nitr. part. æqual. quæ calcinantur in ſa
tagine ferrea usque ad vitrioli rubedinem: Ad
poſtea nitri duplum omniaque diſſolve in aqu. com
mun. q. ſ. mediante calore blando, ſolutionem

a & l. a. coagula in cryſtallos, quæ ſi prima vice on ſint ſatis pellucidæ, tunc repetatur cryſtalli-ndi labor.

Spiritus deſtillatur è nitro cum boli, argillæ aut enæ triplo vel quadruplo mixto & per retortam ricatam ſub igne demum fortiſſimo & reverbe-torio.

Cui ſpiritui ſi duplum ſpirit. vin. admiſcetur per-ue calorem arenæ blandum, deſtillationem coho-ationemque unitur, tunc ſpirit. nitr. dicitur dul-ficatus.

Figitur a. nitrum, quando ipſi in crucibulo fuſo rbonum vivorum fruſta injiciuntur, donec denuò jecta flagrare deſinant, quod reſtitat, id à cellæ t aëris liberioris humido, vel ipſa m. aqua tepi- ſolvitur in liquorem nitri fixi.

OPIUM.

Correctionem ejus per toſtionem mallem cor-ptionem ſ. perditionem ex plurimorum chymi-rum ore vocare.

Extractum opii viſcoſum
per menſtruum aqueum factum.

. Opii minutiſſ. inciſ. qt. pl. affunde aqu. com-mun. q. ſ. & poſtquam per arenæ calorem mo-deratum aqua eſt probe tincta, tunc perco-latur liquor cum expreſſione; Remanentiæ de-nuo affunditur aqua & reiteratur extractio, donec omnis tinctura ſit extracta, aquas tin-

ctas

ctas confunde & moderato igne inſpiſſa.

Quod extractum opii viſcoſum ſimpliciſſim menſtruo paratum cenſetur omnium tutiſſimum..

Extractum opii magis reſinoſum
per ſpirit. vin. paratum.

℞. Op. qt. pl. contunde cum ſal. tartar. q. ſ. a funde ſpirit. vin. q. ſ. F. l. a. digeſtio, filtra tio & inſpiſſatio. Quidam compendioſius a gentes omittunt ſal tartar. ſpiritum vini ta tariſat. ſubſtituendo.. Et ſic opii viſcoſa re ſinoſaque extrahitur materia.

Utrum vero extractum viſcoſum, an viſcoſo re ſinoſum viribus præcellat, id experientiæ medico rum doctorum relinquo.

Extractionem m. inſtituunt, opium cum ſucco cy donior. per aliquos dies leni calore fermentando tunc liquorem rubicundum filtraturi atque inſpiſ ſaturi: Quale laudan. cydoniat. paravit Excell. Lan gelott. ad opii lib. ſem. ſucc. cydonior. lib. v. ſ mens: Addunt alii ſal. tartar. & ſachar. ſed dub to, an recte.

Tinctura opii eſt extractum opii à ſpiritu vi magis dilutum ſ. ipſe ſpiritus vini opio tinctus filtratus.

Laudanum opiatum eſt extractum opii comp ſitum. Conſtant a. ejusmodi extracta.

1. Acidum abſorbentibus, ut: Cinnabar. nat & antimon. corall. matr. perlar. &c.
2. Vim anodynam augentibus, quale impr. eſt cr pulv. & extract.

3. Il

. Iis, quæ per ſuum ſal volaril. ol. ſpiritus animales excitando vim opii narcoticam corrigunt, ut: Extract. caſtor. ol. cinamom. caryophill. citr. mac. &s.

Acidum igitur temperantia addita nunquam non ſunt proficua, idemque judicium fertur de extract. croc. admixto; Olea a. deſtillata ſub larga doſi addita vim anodynam minuunt, hinc in corrigendum opii amarorem ſolum admiſcenda.

Laudan. opiat. Ludovic.

℞. Extract. op. per ſpirit. vin. fact. p. ij. extract. croc. cinabar. nativ. a. p. j. M.

Aliud Laudan. opiat.

℞. Extract. op. mollior. per ſpir. vin. fact. drachm. ij. matr. perlar. croc. pulv. a. ſcrupul. j. ol. cinamom. mac. citr. a. gt. j. F. Maſſa inſtar extracti.

Laudan. liquid. Sydenham.

℞. Vin. hiſpanic. lib. j. op. unc. j. cinamom. caryophyll. pulv. a. drachm. j. infundantur per aliquos dies, donec liquor debitam conſiſtentiam acquirat, deinde coletur.

Laudan. pectoral. Angel. Sal.

℞. Extract. op. liquid. drachm. j. croc. fl. benz. ſulphur. alöes lucid. myrrh. elect. a. drachm. ij. pulveriſatis & calefactis adde ſpirit. vin. q. ſ. F. l. a. extractum.

Ex laudano m. paratur pulvis anodynus Ludovic.

℞. Extract. op. ſpiſſ. drachm. j. cinabar. antimon. drachm. ij. matr. perlar. drachm. iij. M. F. P.

Oxymel

Oxymel ſimpl.

℞. Mell. deſpumat. & ad craſſam conſiſtentiam coct. lib. ij. acet. vin. unc. x. M.

Oxymel ſcillitic.

℞. Mell. deſpumat. lib. iij. acet. ſcillitic. lib. ii coquantur lento igne ad perſectam conſiſtentiam.

Pilul. de Aloë roſat.

℞. Aloes roſat. lib. j. reſin. ſcammon. drachm. vj maſtich. drachm. iij. M. F. ſ. a. maſſa.

Pilul. angelic.

℞. Aloes lucid. unc. jv. diſſolve in ſuccor. depurat. cichor. endiv. bugloſſ. borragin. lupulor. fumar. a. unc. j. roſar. damaſcen. unc. jv lento igne ad juſtam redigantur conſiſtentiam & cum ſequ. pulv. v. g. rhabarb. elect. unc. j agaric. troch. unc. ſem. cinamom. el. drachm ij. fiat maſſa pilularum.

Pilul. hydropic.

℞. Aloes opt. drachm. ii. ſem. gumm. gutt. ſubtiliſſ. pulveriſat. gumm. ammon. a. drachm. ſem. diagryd. drachm. j. tartar. vitriolat. drachm. ſem. cum ſyr. roſar. ſolutiv. F. Maſſa.

Pilul. hypochondriac.

℞. Gumm. ammoniac. in acet. ſolut. unc. ij. aloë ſuccotr. unc. ii. ſem. myrrh. maſtich. aſ. dulc. a. unc. j. croc. ſal. abſynth. a. drachm. ſem ſal. arthemiſ. drachm. j. cum Elix. propriet. F. Maſſa.

Pill

Pilul. tartar. Bont.

. Aloes lucid. drachm. iij. gumm. ammoniac. c. acet. ſcillitic. depurat. unc. i. ſem. tartar. vitriol. drachm. j. M. F. Maſſa.

Pilul. catholic.

. Aloes optim. diagryd. a. drachm. ij. colocynth. drachm. ſem. F. c. Elix. propriet. q. ſ. Maſſa.

Pulveres bezoardici componuntur ex iis, quæ rimoniam malignam ſ. venenatam concentrant, t per diaphoreſin blandam educunt, qualia ſunt: . C. ſ. ign. off. de cord. cerv. unicorn. foſſil. lap. ncr. mat. perlar. corall. r. antimon. diaphoret. ccin. rad. tormentill. contrajerv. cinabar. nativ. antimon. bezoar. orient. & occidental. Abhinc rii pulveres v. g.

Pulvis bezoard.

. C. C. ſ. ign. off. de cord. cerv. lapid. cancr. matr. perlar. a. drachm. j. antimon. diaphor. cinabar. antimon. a. drachm. ſem. bez. oriental. ſcrupul. j. M.

Pulverum cachecticorum ingredientia ſunt parn terrea acidum concentrantia. quorum primaım eſt mars; Partim ſalia fixa, partim aromata aromatica, demum & purgantia v. g. rhabarbar.

Pulvis cachectic.

. Chalyb. cum ſulphur. calcinat. unc. j. fœcul. rad. aron. drachm. i. ſem. lap. cancr. antimon. diaphor. cinamom. ſal. abſynth. a. drachm. j. ſal. volat. ſuccin. pulver. croc. mac. a. drach. ſem. M.

Pulveres ad caſum & antipleuritici conveniu[nt] & conſtant blandis diaphoreticis.

Pulvis ad caſ.

℞. Oſſ. capit. luc. piſc. lap. cancror. ſangu. hi[r] a. drachm. i. ſem. antimon. diaphor. ſper[m] cet. mumiæ ſangu. dracon. terr. ſigillat. drachm. ſem. M.

Pulvis pannonic.

℞. Bol. armen. præpar. unc. iij. terr. ſigillat unc. corall. rubr. præparat. unc. ſem. lap. ſmarag[d] rubin. ſaphir. hyacinth. a. unc. ſem. marg[a]rit. præpar. drachm. v. cinamom. el. drach[m] ij. caryophyll. drachm. j. rad. contrajer[v] drachm. ij. cort. citr. ſantal. alb. a. drach[m] j. ſem. rubr. drachm. ij. ſpod. ex. ebor. un[c] j. croc. or. drachm. j. bez. occid. unc. ſe[m] fol. aur. ad pompam. M. F. omnium pulv[i]

Poteſt m. hic pulvis præparari absque margarit[is] & bezoar. Sic nomen meretur pulv. pannon[ici] minus pretioſi.

Pulv. ſtegnotic.

℞. Lapid. ætit. drachm. j. hæmatit. præparat. ca[r]neol. præparat. C. C. uſt. terr. ſigillat. drachm. ſem. corall. r. drachm. ij. M.

Pulv. ſtomachic. Birckmann.

℞. Pulv. rad. ar. unc. ij. calam. arom. a. unc. lap. cancr. unc. ſem. cinamom. drachm. i[i] ſal. abſynth. juniperin. a. drachm. j. ſacha[r] roſat. ad pondus omnium.

E roſar. floribus.

Spiritus.

℞. Fl. roſar. pallid. qt. pl. affunde ſpirit. vin. q. ſ. & poſt aliquot dierum infuſionem deſtilla ex arena per cucurbitam.

Syrup. de roſ. ſicc.

℞. Roſar. rubr. q. ſ. eis ſuperfunde aqu. fervent. q. ſ. & fiat l. a. infuſum, ad cujus colati & expreſſi unc. vj. adde ſachar. ad conſiſtentiam tabulati coct. lib. j. ebulliant adhuc ſemel.

Tinctur. roſar

℞. Fl. roſar. r. ſiccat. Manip. j. affunde phlegm. vitriol. q. ſ. & digere diem noctemque. Tunc cola per pannum etiam fortiter exprimendo. Colaturam per noctem repone. Tum decanta à fœcibus. Phlegmati vitrioli m. ſubſtitui poteſt aqu. fervens ſpiritus vitriol. q. ſ. acuata.

Salia fixa parantur è cineribus plantarum bene t ad albedinem calcinatis, ſal fixum aqua communi extrahendo, lixiviumque dein filtrando, ac oſt coctionem ejus usque ad cuticulam tenuem in perficie concreſcentem in loco frigido ad cryſtalſandum reponendo.

Qui cineres cum ſulphure denuo calcinant ii ſal cquirunt magis cryſtalliſatum, albicans, & quod ıb cryſtallorum forma diu ſervari poteſt, d. ex ılphuris acido magis compoſitum. Citra ſulphuris additum eſt magis ſimplex, d. facilius ab aëris ımido ſolubile, hinc ſub forma ſicca ſervari vix tum.

Salia eſſentialia parantur è ſuccis plantarum impo ſubacidarum & ſucculentar. quales ſunt præ aliis acetoſa & acetoſella, quarum ſuccus prelo expreſſus & clarificatus evaporatur forte ad tertiæ partis remanentiam, reponiturque in cella, donec cryſtalli concreſcant.

Salia volatilia à phlegmate & oleo filtrando depurata, ſublimando ab oleo admixto magis fiunt libera, ſi bene miſcentur cum C. C. uſt & per cucurbitam aut phialam igne blando ſublimantur. Additur ſæpe ſpiritus vini, oleoſas particulas ſalia admixtas ſuſcipiens, loco corn. cerv. uſt. ſed igni tunc potiſſima ratio habenda, ne ſpiritus vin. aſcendens ſalia ſublimata nimium humectet.

Salia volatilia ſunt ſpirit. ſal. ammoniac. aromaticis aut aromatum oleis variis impr æ gnatus, quorum variæ dantur compoſitiones. Nos exempli gratia duas trademus.

Sal. volatil. oleoſ.

℞. Herb. baſilic. calaminth. montan. meliſſ. roſmarin. thym. a. Mj. lign. ſaſſafr. unc. ſem. rad. calam. arom. unc. j. galang. angelic. zedoar. a. drachm. iij. coſt. amar. drachm. ij. cinamom. acut. drachm. iij. mac. drachm. ij. caryoph. croc. a. drachm. ſem. ſpirit. vin. q. ſ. ſtent aliquos dies infuſa in arena calida, huic Eſſentiæ filtratæ adde ſpirit. ſal. ammoniac. q. ſ. ol. mac. citr. cinam. caryophyll. q. ſ. pro grati temperatura, probe uniantur per novum calorem arenæ blandum.

in arena usque ad conſiſtentiam extracti liquidioris abſtrahe, cui adde: radic. imperator. unc. ij. caſſ. lign. cinam. opt. a. unc. j. nuc. moſch. drachm. vj. omnia in pulverem tenuiſſimum redacta, bol. armen. bene in porphirite trit. unc. iij. gumm. arabic. in aqu. fœnicul. ſolut. unc. ii. ſem. extract. op. unc. ſem. M. F. opiatum cum ſyr. myrtill. q. ſ.

Spiritus ab extracto liquido abſtractus loco ſpiritus alicujus aromatici inſervire poteſt.

E ſatyrii radice.

Electuarium diaſatyrii.

℞. Rad. ſatyrii coquendo probe emollit. unc. jv. rad. eryng. condit. piſtachior. confect. alkerm. compl. a. unc. ij. nuc. moſchat. condit. zingiber. condit. a. unc. j. ſcinc. marin. priapi cerv. raſ. a. drachm. vj. ambr. piper. long. ſem. cardamom. a. drachm. i. ſem. moſch. drachm. ſem. ol. cinamom. caryophyll. a. gr. vj. ſyr. cinamom. q. ſ. M.

Scammonii Extractum per decoct. liquirit.

℞. Scammon. pulv. qt. pl. ſolve in decoct. liquirit. q. ſ. filtra & inſpiſſa: Sic remanebit Scammon. extract. viſcoſum.

Scammonium ſulphurat.

℞. Scammon. pulv. q. v. quod ſuper charta bibula diſperſum fumigetur ſulphure prunis ſuppoſitis injecto, donec ſcammonium humectatum liquere incipiat.

Spirit

Spirit. carminativ. Sylv.

℞. Rad. angelic. drachm. j. imperator. galang. a. drachm. i. ſem. fol. roriſmar. majoran. rut. hortenſ. baſilic. ſummit. centaur. min. a. M. ſem. baccar. laur. drachm. iij. ſem. angelic. leviſtic. aniſ. a. unc. ſem. zinziber. nuc. moſchat. mac. a. drachm. i. ſem. cinamom. drachm. vj. caryophyll. cort. aurant. a. drachm. j. conciſis & contuſis affunde ſpir. vin. Menſ. j. digerantur per biduum, deinde deſtillentur.

Ex ſuccino.

Eſſent. Succin.

℞. Pulv. ſuccin. q. v. qui cum liquore nitr. fix. in pultem redactus & blande exſiccatus, dein ulterius diſſolvitur per ſpir. vin. rectif. alii ipſum ſuccini pollinem cum ſale tartari vel miſcent contunduntque, vel torrent.

Deſtillatio ſuccin.

℞. Succin. groſſe pulveris. q. v. quo ſolo, vel cum arena tenui mixto repletur retorta ad dimidium, in arenam poſitæ agglutinatur vas recipiens amplum: Sic igne per gradus aucto adſcendent: phlegma, ſpiritus, oleum & ſal volat. remanente materia viſcoſa bitumini ſimili.

Qui ſuccinum citra arenæ miſcelam deſtillant, ii, ſumendo fragmenta groſſa, combuſtionem aliàs facile fientem evitant, ignis regiminis cura impr. probe habita.

Rectificatio olei.

℞. Ol. ſuccin. à reliquo deſtillato ſeparat. q. v. miſce cinerib. ſubtilib. in maſſam & deſtill. per retortam igne blando: Sic prodibit oleum album tenue pellucidum, cui igne fortiori ſuccedit rubrum craſſius.

Sal a. volatile ſuccini ſub prima deſtillatione ad latera excipientis ſublimatum, ab oleo probe depuratum & inſuper ſtudio ablatum ſervatur uſui.

Pilul. de ſuccin. craton.

℞. Pulv. ſuccin. maſtich. a. unc. ſem. aloes drachm. x. agaric. drachm. iij. ariſtoloch. rot. ver. drachm. j. F. l. a. maſſa.

E ſtyrace impr. officinales ſunt.

Pilul. de ſtyrac. ſ. laudan. pectoral.

℞. Styrac. drachm. ij. laudan. oliban. myrrh. aa drachm. j. ſucc. liquirit. drachm. i. ſem. ambr. gryſ. ſcrupul. j. extract. op. drachm. j. extract. croc. ſcrupul. jv. F. l. a. Maſſa.

E ſulphure.

Fl. ſulphuris.

Sublimatio ſulphuris fit in arena per cucurbitam terream, cui alembicus eſt impoſitus.

Magiſter. ſulphur.

℞. Sulphur. & ſal. tartar. a. part. aqual. mixtis & vaſi vitreo impoſitis affundatur aqua, & reponantur in arena calida ſulphure donec probe ſoluto. E liquore hoc rubicundo & fœtente per ſpir. vitriol. aut ipſius ſulphur. præcipitant pulverem albicantem.

Spir.

Spir. ſulphur.

℞. Sulphur. viv. fruſta, quæ in vaſe vitreato accenſa ſupponuntur campanæ vitreæ paulo altius, quam ut à flamma tangi queat, ſuſpenſæ, ſic vapores acidi condenſantur in ſpiritum acidum, præpr. ſub aëre humido, deſtillantem in ſuppoſitas patellas.

Tinctur ſulphur.

℞. Fl. ſulphur. drachm. iij. ſal. tartar. drachm. i. ſem. quibus in vaſe aliquo vitreo mixtis & igne lento in fluorem redactis affunditur demum ſpir. vin. q. ſ. & digeruntur calore blando usque ad tincturam rubentem.

Sic & ſpir. vin. eandem tincturam extrahit è remanentia ſulphurea ipſius balſami ſulphuris poſt olea tincta decantata.

Balſam. ſulphur. terebinth.

℞. Fl. ſulphur. q. v. quibus c. ſalis tartari pauxillo mixtis & in fluorem quendam redactis affunditur ol. terebinth. q. ſ. & digeruntur calore blando usque ad rubedinem olei affuſi, quod poſtea decantetur.

Huic remanentiæ ſulphureæ affuſum & digeſtum oleum aniſi extrahit balſam. ſulphur. aniſat. Eodemque modo ol. ſuccin. affuſum balſam. ſulphur. ſuccinat. modificat.

Balſ. ſulphur. compoſ.

℞. Flor. ſulphur. ſale tartari probe mixtorum ac in fluorem redactor. qt. pl. aut unc. j. ol. aniſ. unc. iij. citr. unc. j. mac. unc. j. balſam. peruv.

ruv. unc. ſem. fl. benz. drachm. ij. M. & di-
gere per tempus.

Simplicior modus eſt ſolvendi flores ſulphu-
per ol. amygdalar. rapar. vel ipſum m. ol. papa-
alb.

Syrupi quibus ſervandus eſt color omnium opti-
me citra coctionem parantur, pro exemplo ſit.

Syrup. violarum.

℞. Fl. violar. rec. v. g. unc. iij. quibus in morta-
rio lapideo contuſis affunde aqu. fervent. unc.
viij. ſtent per noctem infuſa, mane colentur
exprimanturque. In colatura diſſolve pulv.
ſachar. albiſſ. lib. j. & probe miſceantur igne
lento.

Ex tartaro.

Spiritus & oleum per deſtillationem.

℞. Tartar. alb. crud. minutiſſ. pulveriſat. v. g. lib.
iij. vel jv. quibus retorta quædam terrea ad
dimidium repleatur applicato recipiente vi-
treo capaciſſimo, cujus junctura cum collo
retortæ accurate claudatur, ne ſubtiliſſimus
ſpiritus exhalet. Fiat deinde deſtillatio per
ignem apertum, ſed initio lentum ac mode-
ratum, poſt aliquot horas magis auctum &
fortem donec recipiens evadat pellucidum.
A liquore deſtillato per tritorium aut char-
tam ſeparant oleum quod partim leve, par-
tim grave, maxime tamen fœtidum. Liquor
limpidus rubicundus rectificatur ſupra caput
mortuum per cucurbitam, cujus quarta pars
alb-

abſtracta ſpiritum tartari exhibet ſubtilem & album.

Oleum tartari fœtidum ſuper ſal tartari rectificatum ſal tartari volatile, ſed paucum ſuppeditat.

Sal tartar. fixum.

℞. Caput mortuum in deſtillatione tartari relictum, coquatur in olla ferrea cum aqua calida, tum reponatur per tempus in penitiorem ſalis ſolutionem. Aqua ſolutionis decantata filtretur per chartam & evaporetur ad ſiccitatem usque. Quod evaporatum eſt reverberetur in crucibulo per horam, deinde ſolutio, filtratio & evaporatio repetantur. Corpus hoc ſalinum denuo pauliſper reverberatur, ut in totum exſiccetur, ex quo labore remanet ſal tartar. albiſſim. ab omni aëris humido provide ſervandum, niſi velis ipſum per deliquium ſolvi, indeque parari oleum tartar. per deliqu. ſeu lixivium tartari.

Tartarus ſolubilis.

℞. Cryſtall. tartar. unc. iij. ol. tartar. p. d. unc. jv. ſoluta filtrentur per chartam, filtrato affunde acet. deſt. q. ſ. ſolvantur denuo & poſt evaporationem lento igne ad tertiæ partis remanentiam factam deinde in cella reponantur ad cryſtalliſandum, cryſtalli lente exſiccentur.

Tinctura ſal tartar.

℞. Sal. tartar. q. v. calcinentur igne reverberatorio, donec totum evadat cœruleum, quod ſimulatque paulo refrigeratum confringatur & in

in ſpirit. vin. rectif. q. ſ. infundatur digeratur-que calore blando ad tincturam usque ſanguineam.

Theriacam Andromachi eſſe compoſitionem longe fuſius, quam decet, coacervatam, multaque ejus ingredientia & rationi & reliquæ maſſæ contrariari, id uno fere ore confitentur medici, quare ipſam non ſolum ſeparare ab inutilibus, ſed & in maſſam pauciorum, æque tamen efficacium materialium contrahere & tanquam concentrare diu jam laborarunt ii, quibus legitima medicamentorum præparatio cordi eſt curæque. Ego hic tanquam in exemplum deſcribam compoſitionem à practico quodam expertiſſimo exaratam.

Theriaca.

℞. Rad. angelic. valerian. imperator. baccar. juniper. laur. a. unc. ſem. nuc. moſchat. croc. rad. gentian. zedoar. mac. a. drachm. ij. myrrh. fol. laur. card. benedict. caryophyll. a. drachm. iij. opii optim. drachm. j. M. F. pulv. cui adde triplum mellis.

Spiritus Theriacal.

℞. Theriac. Androm. vel ſpecier. alius theriac. compendioſior. v. g. lib. j. myrrh. unc. jv. croc. unc. j. ſpirit. ſambuc. vel juniperin. q. ſ. infundantur per aliquos dies & deſtillentur igne blando per retortam vitream. Si deſideratur ſpiritus theriacal. camphor. tunc materiæ deſtilland. addi poteſt camphor. unc. ſem.

Sic & ſpirit. theriacal. eſt potiſſima pars ipſius

mixturæ

ixruræ ſimplicis v. g.

Mixtura ſimpl. ſeu ſpiritus de tribus.

. Spirit. theriacal. part. v. ſpirit. tartar. part. iij. ſpirit. vitriol. part. j. confuſa digerantur in intimiorem unionem.

Et hæc mixtura poteſt vocari Tinctura bezoar- ica ſimplex. Tincturarum a. bezoardicarum ma- is compoſitarum exemplaria multa & diverſa paſ- m reperiuntur.

Modus eas componendi generalis eſt ſequens: c. vegetabilia quævis acria & aromatica poſſunt nfundi in ſpirit. vin. aut juniper. aut ſambuc. è uibus per cucurbitam cum vel ſine camphora de- illatur ſpiritus, cui addunt ſpirit. tartar. part. iij. unam partem ſpirit. vitriol.

Camphoram roſtro alembici imponunt, dum piritum theriacalem per cucurbitam deſtillant.

Quidam ſpiritui vitriol. ſubſtituunt ſpiritum ni- i, utpote penetrantiorem. Alii acidum ſpiritus itriol. & ſubacidum ſpiritus tartar. (nam ſpirit. rtar. urinoſus eſt rariſſima avis) averſantes, lo- o ipſorum ſumunt ſpiritum quendam ſalinum vo- tilem v. g. ſpirit. ſal. ammoniac. viperar. aut C. . ac ipſam Tincturam bezoard. per Eſſent. caſtor. tinctur. op. magis ſpecificant. Exempli gratia ſto ſequ.

Tinctur. bezoard.

. Rad. oſtrut. angelic. valerian. enul. zedoar. ā. unc. iij. herb. ſcord. rut. a. M. j. cinamom. cort. citr. myrrh. a. unc. i. ſem. croc. orient.

unc.

unc. j. op. theb. drachm. vj. ſpirit. junipe[illegible]
lib. v. digerantur & deſtillentur per retorta[illegible]
vitream igne maxime lento, deſtillato add[illegible]
ſpirit. tartar. part. iij. ſpirit. vitriol. part. .
quæ commixta per repetitam digeſtionem ma[illegible]
gis uniri queunt.

Vitrioli calcinatio.

Vitriolum vulgar. ſ. Goſlarienſ. calcinatur in oll[illegible] terrea, donec bulliendo deſiccatum ſit ad duritie[illegible] lapidis. Calcinari philoſophice dicitur, quand[illegible] ipſum pulveriſatum radiis ſolaribus æſtivis expo[illegible]nitur, quorum fervore totus pulvis evadit albiſſimu[illegible]

Phlegma & ſpiritus vitrioli.

Deſtillantur ex vitriolo calcinato, ac pulveriſat[illegible] & retortæ loricatæ impoſito, cui vas recipiens vi[illegible]treum amplum eſt applicatum igne per ſuos grad[illegible] ſuppoſito, ſic enim primo phlegma, deinde ſpiri[illegible]tus propellitur, qui rectificando per retortam vi[illegible]tream aut cucurbitam ab invicem ſeparantur.

Ex capite mortuo vitrioli poſt expulſum oleu[illegible] ſeu ſpiritum concentratum parantur.

Sal vomitiv. vitriol.

℞. Caput mortuum vitriol. coque in olla ferr[illegible]
cum aqua pura. Repone per noctem, [illegible]
rubicundus pulvis ad fundum ſecedat. Tu[illegible]
aquam ſupernatantem decanta & filtra, ea[illegible]
ad ſiccitatem usque evapora, ex quo corp[illegible]
albicans coagulabitur.

Terra illa rubra poſt decantationem relicta [illegible] affuſa aqua aliquoties edulcorata, dicitur terra v[illegible]

trio

trioli dulcis, cui ſi affunditur ſpirit. vin. rectif. eaque mixta l. a. digeruntur, tunc exhibent Tincturam adſtringentem. Tincturam autem vitriol. mart. Zw. ut & ipſum vitriolum martis vide in præparatis chalybis.

FINIS.

1868-1